



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

Disputatio II. De Dei Essentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

22 Controu. I. de Essentia Dei, &c.

confortio clarescat: id quod inquit apparuit in hoc iudicio, *Stella sunt pares, quia Angelus dicit*. Si qualitas simplex non sit. Stellae enim esse pares de se obcurum, & insusceptibile de se est, aut ex confortio alterius partis, *Angelus dicit*, lucem accipit, ut ei assentiamur.

4 Nihil tamen haec omnia difficultati praesenti diluenda possunt inferre: & in primis exemplum hoc de causali propositione (sive cuiusmodi iudicium diuisibile physice, sive simplex qualitas sit,) nihil probat: in ea enim altera pars continet motuum assentiendi alteri parti, intrinsecum quidem, eo modo, quo in ea opinione de iudicij diuisibilitate intrinsecum esse potest: atque illud quidem praecognitum, & praedicatum aliunde prioritate naturae, antequam stellarum paritatem, per alteram partem, ob testimonium Angeli assentiamur. Quando vero pars iudicij circa unam veritatem, cui assentiamur, motuum assentiendi alteri veritati non affert, hanc aequè obcuram, & insusceptibilem reliquit, quin ex confortio suo lucem aliquam recipiat: ut ipso exemplo conuincitur. Si enim Angeli reuelatio, eiusque auctoritas aliunde clara nobis, ac suasibilis non sit, ex eo, quod alteri veritati obcura de se paritatis stellarum in iudicio eodem physice ex duplici illa parte (ut nunc permittimus) confuso adiungatur, maiorem lucem, suasibilitatemque non recipiet. Vnde eodem exemplo acriter hic Recentior impetitur: si enim reuelatio Angeli obcura, de se, ac dubia, quoad sui existentiam, & auctoritatem veritatis ex confortio alterius partis, circa veritatem testificatam, lucem, & suasibilitatem non accipit, ni aliunde clarescat, ut suasibilis, atque assensibilis, ut sic loquar, per alteram partem iudicij reddatur: ergo nec diuinæ reuelationis, Deique reuelantis existentia ex confortio alterius partis iudicij, lucem, & suasibilitatem recipiet maiorem, quam de se habet, ni ad motiua designata recurratur: quare non magis est suasibilis, ut coniuncta cum veritate reuelata eius, & Dei loquentis existentia, & auctoritas, quam si seorsim sumatur ad assensum: sed seorsim sumpta per se, non est per se suasibilis, sed per aliud, nimirum signa nostrae evidentis credibilitatis, ergo nec coniunctim sumpta cum veritate reuelata.

5 Illud etiam de extrinseco motiui signorum nostrae evidentis credibilitatis, ut existentiae reuelationis, Deique loquentis eodem actu, quo veritati directè reuelatae per ipsam reuelationem assentiamur, friuolum inde apparet: cum ex coniunctione assensus circa utramque veritatem, sive identica, sive per vniorem reuelationis existentia, Deique loquentis maiorem lucem non recipiat, sibi quae ipsi lux esse possit, & quasi reuelatio reflexa, quam seorsim sumpta, ut vidimus. Secundo motiua illa evidentis credibilitatis, licet ad assentiendum directè veritati reuelatae immediatè non moueant, sed solum diuinam reuelationem, eiusque, & Dei existentiam, & auctoritatem, tanquam formale proximum motiui; aut illustrare mentem non alia ratione possunt, ut ob haec formalia motiua proxima veritati directè reuelatae assentiamur, nisi, quatenus eliciunt assensum circa existentiam diuinæ reuelationis, Deique proinde reuelantis, atque diuinæ infallibilis auctoritatis, eaque omnia ex parte obiecti per cuiusmodi assensum firmiter veritati reuelatae applicantur. Non secus atque connexio, seu illatio obiectiua conclusionis obiectiuae cum antecedente, & praemissis per assensum praemissarum ostenditur, formaliterque menti proponitur, ut ei connexioni, & subinde conclusioni obiectiuae assentiamur: ergo quemadmodum assensus praemissarum in conclusionis assensu non reperitur, sed, ut summum, suo loco, & gradu pro priori naturae persistit: neque ex luce, quam ex praemissis menti ad assensum conclusionis aliunde affertur, ei per se ipsam quasi reflexè, aut veritatis obiectiui praemissarum per ipsam assentiamur, ita neque reuelationi, eiusque, & Dei existentiae per ipsam reuelationem, tanquam motiui assentiamur simul cum veritate assentiamur reuelatae: & quidem, pro priori naturae existentiae reuelationis secundum se, ob signa evidentis credibilitatis assentiendum nobis necessarium est, ut ob illam credamus veritati directè reuelatae, neque inde clarior in se respectu sui intrinsece reuelatio ipsa fiat, assentiri iterum ei ob seipsam simul cum veritate reuelata superfluum videtur, imò impossibile.

6 Concludo ergo ex dictis, existentiae Dei reuelantis sui existentiam nunquam primò per actum fidei ob eius-

modi reuelationem elicitorum, assentiri nos, sed aliunde à nobis praenotici naturam debere, ut argumentum propositum certè, n. 1. & euasione praedictiones deinceps huiusque datur conuincunt: quod ipsum de existentia reuelationis, & eorumque infallibilis auctoritatem Dei, ob quam reuelatae veritati assentiamur, dicendum esse ostensum haecenus est. Neque obest fidei assensum iuxta hanc doctrinam non posse resoluam tandem in diuinam reuelationem, sed in Parochi, aut hominis proponentis, fallibilem quidem, auctoritatem, cum ob id tandem Deum eiusque reuelationem adesse credamus: ex quo fidei nostrae firmitas videtur cassari: cum vltimò humanae auctoritati innitatur. Non inquam obest: ei quippe secundum se, ut motiui non innitatur, sed Ecclesiae propositioni, quae per illum fit. Haec quippe per Parochum applicatur, atque motiui evidentis credibilitatis obiectiue innititur: quae à doctioribus intelligitur, ac proinde subiectiue firmius credunt; licet obiectiue iusticiam aequè firmiter credant: cum motiua, ob quae credunt aequam habeant firmitatem, quamuis ab eis ignoretur. Cum autem inter credibilitatis evidentis signa, miracula numerentur, quae Dei voces, & testimonia à Patribus passim dicuntur: doctiores, qui ob ea reuelationis, & Dei, eiusque auctoritatis existentiam credunt, etiam dum suam existentiam reuelat, fidei actu reuelationis, auctoritatis diuinæ, ac Dei existentiam primò credere pro priori naturae, ad assensum proxime ob diuinam reuelationem praestitum, non immerito dici possunt.



DISPUTATIO II.

De Dei Essentia.

1 **E**XPLORATA iam Dei nostri existentia, de eius Essentia disputare proximum est. Licet autem controvertitur huius praefatione Dei definitionem (ut opus tunc erat) praemisimus; eam tamen rudi Mineruam à nobis, atque vtrumque datam ibi monimus: exactam Essentiae Dei disputationem, & definitionem proprio hoc suo loco daturi. Quoniam verò, rerum naturae, & essentiae ex dubio procul censenda sunt, quibus in quaestione, quid sint? responderi debemus, iuxta Arist. Philosophos, Theologosque omnes, quare & rerum quidditates ab eisdem appellantur: atque insuper, quaecumque rebus physice identificantur ad quid esse rei physicum pertineant: plura autem, quae ita illis identificantur realiter, metaphysice alia rerum praedicata, cum quibus ad conuertentiam dicuntur, consequi, tanquam illorum accidentia metaphysica, deprehendantur, quidditatem, seu essentiam metaphysicam rerum illa, quae eo ordine praecedunt merito vocamus: illa verò, quae ad haec consequuntur non essentia, sed metaphysica rerum attributa, seu passionem dicimus. Patet vtrumque in hominis essentia, & quidditate; etenim, si de physica quidditate, & essentia sermo sit, tam risibilis, quam rationalis, cum qua ad conuertentiam dicitur, essentialiter constat; at verò, si de metaphysica hominis essentia, & quidditate loquamur, rationalitas sola, non risibilitas, quae eius passio metaphysica est, de hominis essentia, & quidditate est: quod ipsum in ente, eiusque passionibus metaphysicis, atque innumeris aliis cernere licet. Rei ergo cuiusvis, ac proinde Dei etiam, Essentia in physica, ac metaphysicam primò diuiditur.

2 Contra statum hoc Philosophis, & Theologis principium Recentiores Complutenses vbiuis à nobis impugnati, docuerunt manuscripto de Scientia d. 2. m. 6. & d. 1. de voluntate. num. 3. omnia praedicata non autem solum illud, quod radix metaphysica cogitatur ceterorum: quia, inquit, posita possibilitate rationalis creaturae: non volituum, hoc, & rationale volituum, quod de facto est essentia non solum physica, sed & metaphysica differunt: non possunt autem differre penes hoc, quod rationale volituum, radix volitui verè sitis rationalis non volituum: quia aequè pugnat rationalis volituum verè radice, & principium volituum

voluntati secundum seipsam identificari, ac subinde sui ipsius esse, neque rationali non voluntati, voluntati tibi impossibilis rationem esse: quare eorum metaphysica differentia, non inde, sed est physica identitate præsentis rationalis cum voluntati, & negatione identitatis cum illo rationali non voluntati possibile defumenda est. Sed verò oporteret Recentiores hocce distinctionis essentia rerum metaphysicæ à physica ab omnibus receptæ, atque ad metaphysicæ, tum à priori, tum à posteriori demonstrationes reuocandas necessariæ, rationem aliam assignasse: quæ sanè nulla esse potest in eorum sententia. Si quidem essentiam metaphysicam rerum in omnium cum ipsa identificato- rum coniuncto constituit: cum eo ipso, nihilque alio, essentia physica rerum explorata sit, esse possit. Eorum verò fundamentum debile est. Etenim præcedentia essen- tia metaphysicæ ad suas metaphysicas passionem non vera realitatis, physica est, sed metaphysica, rationis, & illius imi- tationis: quatenus, sicut essentia rerum physice, passionem suas physicas ab ipsis seipsa distinctas physice præcedunt, hæcque illas (quæ primæ in rebus sunt) consequuntur, ita in essentia, & passionibus eorum metaphysicis (quæ non nisi per rationem nostram esse, ac diuidi possunt.) Ratio- ne nostræ illæ præcedant: quæ prius rationabiliter debent à nobis cogitari in rebus, essentiaque eorum metaphysicæ merito habentur: passionem verò eorum metaphysicæ, quæ in ipsis debent cogitari posteriorius, & ad concurrentiam diu cum ipsis: in quo nulla est eorum prædicatorum fici- tio, sed solam diuinis, & ordo eorum fictus est, & per ra- tionem imitatus: quod solam ratio aduerfationi probat.

Secundo, ad rem præsentem aptissime, tum phy- sicæ, quam metaphysicæ Dei quidditas, & essentia diuidi- tur in essentiam, & quidditatem Philosophicam, & Theo- logicam, id est essentiam, & quidditatem Dei confide- ramus quatenus è puris philosophicis principiis est cognos- cibilis (quo pacto sine illa substantia notitia, cum reli- quis tamen communibus prædicatis, & attributis diuinis cognoscibilis est) & conueneram Theologicæ, quatenus scilicet, ex præcipuis etiam principiis Theologicis, ni- mirum fidei, est allequibilis: quo pacto trium etiam per- sonarum, quæ ex fide adfuit, mentio, & consideratio est futura, cum de Dei essentia, & quidditate, siue phy- sica, siue metaphysica disputatur: ut de cuiuslibet hominis essentia, siue physica, siue metaphysica disputantes di- stinguere etiam oportet, an de ipsius essentia, & quidditate philosophica ex puris philosophicis principiis, in quibus nullum distinctionis naturæ singularis suppositi, & sub- stantia, vel personæ, ac personalitatis veitium est) depre- hendi, sit sermo: an de ea, ut è fidei principiis (ex quibus naturam hominis singularem à personalitate & persona differre in mysterio Incarnationis innouit) disputetur?

4. Dixi, cuiuslibet hominis. Scilicet particularis, & singularis Petri v. g. aut Pauli: nam sub voce hominis in communi significat, suppositum, aut personam non de- notat: conuenit ex dictis, d. prox. de Trinitate, ac fusi- us controu. 8. de Incarnat. d. i. quæst. 2. ferè tota: ac proinde disp. de hominis in communi significati essentia, distin- ctioni de essentia physica, & Theologica locum non esse, ut putabant Murciani Recentiores, qui eam distinctionem in essentia physica Dei cognoscebant, ad metaphysicam essentiam illam non extendentes. His itaque declaratis, duplex disputatione hac quæstio continetur. Altera de essentia Dei physica, altera de essentia eius metaphysica, tam philosophicæ, quam Theologicæ utræque considerata.

QVÆSTIO I.

De Physica Dei Essentia siue Philosophica, siue Theologica.

LACVIT scotism, & primò loco de physica Dei essentia inquit, ut consulam Patrum intelligentiam, (in quam, qui quæstionem hanc ab alia de metaphysica Dei essentia non diuidunt, incurrerent) lecto- ribus meis vitarem. Primò verò disputanda fuit: tum quia facilius: tum quia metaphysica essentia rerum è physica

Christoph. de Ortega, de Deo Vno. Tomus I.

earum essentia defumitur, quam proinde necessariò sup- ponit.

CERTAMEN I.

Recentium Murcianorum sententia

reueitur.

Prima sententia in præsentis quæstione est. Recentium Murcianorum alterentium primò, essentiam Dei phy- sicam, realem formalem philosophicam, esse omnia præ- dicata diuina, siue communia, siue personalia. Secundo ad essentiam Dei physicam, Theologicam personalia prædi- cata non spectare, spectare verò communia. Tertiò ad essentiam Dei physicam virtuales, intrinsecè non pertine- re prædicata, quæ à Deo ipso virtualiter distincta in suo esse inueniuntur. Verum, ut de duabus primis conclusio- nibus iudicium meum tantillum differam, id quod tertia hæc conclusio supponit, satis non assequor. Distinctionem vir- tualem in diuinis audiui hæcenus, & intellexi, licet neu- tram in diuinis probem. Essentiam autem physicam virtua- lem, etiam, cum primùm audio, non intelligo. Etenim, si distinctionis, & potentia virtualis, in ea distinctione, & po- tentia essentia, definitionibus standum sit, ea erit virtualis essentia physica, quæ cum reuera essentia physica non sit, perinde se habet, ac si reuera talis esset: sic autem non se habent communia, & necessaria, quæ, adhuc virtualiter, à Deo non distinguuntur: nam reuera essentia physica, siue philosophicæ, siue Theologicæ sunt: cum à Deo, cuiusque entitate realiter, nec formaliter, nec virtualiter omnium sententia distinguuntur: quare hæc omnia, quæ à Deo, virtualiter adhuc, non distinguuntur, non possunt esse essen- tia physica virtualis Dei propriè loquendo, ut tertia Re- centium conclusio ferebat: cum Dei reuera essentia phy- sica realis formalis sit, quod non compatitur eadem, vo- cum proprietati itando, ut debetur, essentiam physicam virtuales esse: sicut neque cum vera reali formali poten- tia, & distinctione alicuius ab alio, realis virtualis distinctio potest consistere: quia virtualitas, ut ex eius definitione data constat, negationem formalis realitatis importat.

2. Dicent (ut è conclusionis suæ probatione percipio) non ita à se intelligi essentiam physicam virtuales, ut à nobis explicatur: ac dum ad eam non spectare prædicata Dei virtualiter distincta in suo esse defendunt, se solum intendere ea, quæ ita distinguuntur ab essentia, & natura diuina, licet realiter formaliter in sua essentia diuina sint, cum tamen realiter virtualiter distinguuntur, realiter virtualiter essentiam Dei physicam non esse: si quidem eo genere, quo vnum ab alio distinguitur, realiter esse idem cum illo euidenter repugnat. Neque ego ab illa esse in ea conclusione Recentium mentem suspicatus vquam fui, neque ex suppositione virtualis distinctionis, ita explica- tam conclusionem impugnabam: sed ex proprio essentia- virtualis physice significato, quod ostendi, communia nec- cessaria, Dei essentiam physicam, virtuales esse non posse proprio sensu: ac proinde male ab eis conclusionem de essentia physica virtuali, cum eius proprio significato consistere. Id quod ex ratione, & explicatione conclu- sionis palam ostenditur. Si quidem solum probatur, dis- tincta virtualiter ab essentia physica reali formali Dei illam ingredi minime posse: quia perinde se habent ratio- ne realis virtualis distinctionis, ac si realiter formaliter ab illa differrent: quare sicut ea, quæ realiter formaliter ab essentia differunt diuina, realem formalem essentiam non inrant, sic neque ea, quæ ab illa realiter virtualiter distinguuntur, ad essentiam physicam realem formalem Dei nullatenus, spectare: non autem ab essentia physica reali virtuali inaudita, atque impossibili esse releganda. Sed de mala hac locutione satis, hæc disputationem deinceps confundat: quod solum intendo.

3. De re verò magis primæ conclusioni Recentiorum dissentior. Aiunt enim, ut vidimus, personalia etià ad phy- sicam Dei essentiam philosophicam pertinere, cum tamen conclusione tertià dicant, ad essentiam Dei physicam vir- tuales, ea omnia non spectare quæ virtualiter à Deo distin- cta in suo esse sunt. Hæc autem in re non coherant. Etenim personalia à Deo virtualiter distincta in suo esse sunt in horum

C 2 sententia

24 Controu. I. de Essentia Dei, &c.

sententia: cum in ea, & proprium esse metaphysicum, & physicam existentiam habeant ab esse, & existentia essentia non minus, quam personalitates, virtualiter distinctam. Si autem virtualis distinctio eorum in suo esse ab esse essentiae idem praestat, ut diximus, quod praestaret distinctio realis formalis ad esse Dei physicum reale, siue formale siue virtuale, ut hi loquuntur, minime pertinebunt in horum sententia, & ratione, quia tertiam conclusionem idem probant, & quae omnibus probanda, ad eius conclusionem verum, qui esse potest, sensum probandum, videbatur. Mitto alia quae tam in prima de essentia physica philosophica, quam in secunda de essentia physica Theologica Recentiorum conclusionibus non satis nobis probantur; ea siquidem in nostrae sententiae conclusionibus statim confutabimus.

CERTAMEN II.

Nostra sententia variis conclusionibus statuitur.

Dico primo, Essentia physica Dei philosophica in omnibus praedicatis communibus necessariis, non autem personalibus consistit. Primam conclusionem partem affirmatiuam negabit nemo. Negatiua secunda primae Recentiorum Murcianorum, conclusioni contradicit. Quod autem prima affirmatiua a nemine possit negari, ex eius probatione manifesta liquet. Essentia quippe physica philosophica Dei (ut de distinctionis praestatione constat) est quiddam physicum cum Deo ex puris naturalibus, & philosophicis principiis necessariis, & indefectibiliter identificatum deprehenditur: aut eiusmodi sunt communia omnia praedicata necessaria Dei: ergo ea omnia sunt essentia physica philosophica Dei: ex eodem vero principio, & definitione essentiae Dei philosophicae ab iisdem Recentioribus recepta, aequè aperte probatur negatiua secunda pars nostrae conclusionis. Illud enim solum ad essentiam physicam Dei philosophicam venit, quod seclusa reuelatione, & Theologicis principiis, & naturalibus solis cum entitate Dei physice, & realiter identificatur: atqui & necessariis Dei praedicatis personalia nullatenus Deo identificari, seu adesse deprehenduntur, à philosophia naturali adhuc probabiliter, ut patet, facillimè ostendimus controu. de Trinit. disp. 1. quæst. 1. cert. 1. concl. 2. ergo nec pertinent ad physicam essentiam Dei philosophicam: ex qua probatione soluitur aduersariorum argumentum, quod in eo solum ratiatur, quod personalia physice Deo reuera identificantur: id autem ex fide, & Theologia, non autem ex pura philosophia innotescit.

Dico secundo, praedicata communia contingentia, volitionis, & cognitionis, (& idem est de necessariis nonnullis, quae ad aliud dicuntur: ut cognitio, ac fortassis amor possibilium) ad essentiam physicam Dei, tam philosophicam, quam Theologicam spectant. In hac conclusione cum citatis Recentioribus conuenio: non autem in eorum ratione: eam siquidem probant: quia essentia physica Dei, etiam virtualis, tam in ordine ad esse talium formalitatum contingentium, quam in ordine ad aliud, ad quod ipse dicuntur, pensanda est. Verum de essentia physica Dei locus meditationi, seu meditationi nostrae non est, sed diuinarum formalitatum reali, & physicae identitati, ut per se patet, ac iam attendam in nostra probatione, quae sic habet. Quia, licet eiusmodi praedicata diuina quae quoad, denominationem contingentia sunt, vel à possibilitate creaturae pendunt quoad denominationem etiam, vel deficere absolute possent, vel saltem non adeo necessaria physice sint, atque ipse Deus: aut vero quoad intrinsecum ipsarum formalitatum adeo constantis necessitatis, ac ipse Deus, sunt. Cum infinita Dei scientia, & amor vndeque, atque è suo specifico, vel potius indiuiduo praedicato diuini in suo genere vnamquodque, augmenti eiusdem generis incapax sit, ac proinde, cum Deus vult, vel intelligit creata, siue possibilia, siue futura, nihil formalitatis volitioni, vel intellectioni Dei accedit, quod absque illis non haberet, cum se solum

amat, & intelligit: quare, quoad intrinsecas suas formalitates scientiae, & volitionis totas, eiusmodi praedicata omnino identificata, atque vniuersa cum Deo ipso sunt: ac proinde ad essentiam Dei physicam tam philosophicam, quam Theologicam spectant: Ac demum, cum Philosophia, cum libere velle, ac identice immanciter demonstret: totum id essentia philosophica eius physica erit, ac subinde Theologica, quae philosophicam non excludit, quomodo cumque difficultas facta componatur.

Iam inde probatione ipsa praecipua est praecipua contra proximam conclusionem secundam obiectio, quae ex contingentia, vel minori necessitate, quam Deus est, eiusmodi praedicatum desumitur. Constat enim ex ea totam eorum praedicationem contingentiam, minoremne necessitatem ea, quae Deus est, quoad denominationem solum, non autem quoad amoris, & scientiae intrinsecas diuinas eorum formalitates esse: id quod, non minus, quam Trinitatis abstrusum mysterium, est, sed tamen Catholicis omnibus credendum. Inde etiam constat ad rationem quam attigimus cert. 1. num. 2. & 3. admissa distinctioe reali virtuali aliquot praedicationum diuinarum ab essentia, & natura diuina, quae in praedicatis diuinis contingentibus, vel maxime, admittenda videtur. Idem enim praestitura videtur, quod physica, & realis formalis distinctio eorum ab essentia praestaret, si adesset. In primis vocem realis virtualis distinctionis in diuinis tamquam diuinum adiunctum (ut Recentiores nonnulli appellant), non admittit: neque ea difficultates mysteriorum huius non summitti, nedum complanari sentio: quin imò eius vocis significatum implicatorem esse, & Chimericum: quae omnia persectus sum longius, contr. de Trinit. d. 7. quæst. 2. cert. 2. per totum. Hae igitur praedicata non distinguuntur realiter vilo modo ab essentia diuinae physicae entitate, quoad entitatem, sed solum quoad denominationem, seu potius realiter intensionaliter non physice, ut suo loco dicemus. Quia ea omnia, quae verè ea praedicata, adhuc contingentia physice sunt, & quae alia omnia his opposita essent, si adessent, atque ita, quoad denominationem siue realiter intensionaliter, deficerent, & diuina simpliciter entitas, ut ipsa physice est, suntque metaphysice etiam in suo genere necessarissima diuina attributa: quin eis aliquid formalitatis in suo genere addi possit, ex praedicatis contingentibus, quae accedunt addi possit, neque si abessent, possit aliquid illis perire.

Dico tertio, Essentia physica Theologica Dei absolute loquendo, communia omnia praedicata, imò & personalia cuncta in se claudit. Quoad communia praedicata, continet mihi cum Murcianis Recentioribus, imò sanus nemo à conclusione potest dissentire de omnino necessariis loquendo, (de non ita necessariis monstratum etiam est, concl. 2. a. 3.) cum sit Patrum expressa sententia, atque ratione mox pro personalibus subiicienda satis probetur. Ex Patribus eam conclusionis partem expresse tradunt, Nazian. orat. 36. 4. de Theolog. verbi. fin. orat. 38. de Natiuit. Domini longè à principio, orat. 42. 2. in Palchate. col. 2. num. 7. vbi habet. *Vniuersum enim id quod est in se completitur, reuelat pelagus quoddam essentiae immensum.* & interminatum. Accurrit Damasc. 1. h. d. cap. 12. Ambrosius lib. de Filij diuinitate. v. m. cap. 4. medio. Ex Nazianz. verba etiam data mirantes, atque hic rursus orat. 49. quae est de fide tractatus. *Qua est substantia Dei, nisi ipsum quod Deus? simplex, singulare, purum, nulla concretionem permixtum, limpidum, bonum, perfectum, beatum, integrum, sanctum, totum* Hilarius 9. de Trinit. verbi. med. enumeratis Dei attributis ait. *Nō quod hoc Deus habeat, tanquam aliud, quid extra esse credendum sit, sed quod in his ad aliquantulum sensus nostri opinione, significatus sit ipse, qui habet.*

Luculentius adhuc Anselmus, c. 14. Monolog. à med. c. 15. & 16. vbi ostendens omnia, quae praedicantur de Deo, etiam in abstracto, essentialiter praedicari, sic inter alia habet. *Idem igitur est quod libet vnum illorum, quod omnia simul siue singula ut cum dicitur, infinita, vel essentia, vnum significat, quod alia simul, vel singula.* Et rursus. *Illa summa essentia nullo modo se est aliquid, ut illud, idem secundum alium modum, aut secundum aliam considerationem, non sit: quia, quidquid aliq. modo essentialiter est, hoc est totum, quod est.* Sed omnium praedicatum. *Bertr. de cons. ad Eugen. Si bonum, inquit, si maximum, si beatum, si sapientem, vel quid tale de eo dixeris in hoc*

hæc omnia esse, si centum talia ad dñs. non recessit ab effectu
ea dicens, nihil addidisti; si non dixeris, nihil minuis-
sit, quæ omnia pluræque eorumdem, & aliorum Patrum con-
sona testimonia de essentia physica Dei, ut minimum, ne-
cessario intelligenda sunt: imò, & de essentia etiam me-
taphysica ipsius intelligunt plures, qui communia omnia
diuina essentiam metaphysicam Dei constituere censent:
ut videbimus, q. 2. cert. 1.

6. Quod autem personalia etiam prædicata essentiam
physicam Theologicam Dei absolute loquendo ingredian-
tur: probatur facile contra præfatos Recentiores: quia,
licet ex principiis pure philosophicis, Deus vna persona
singularis, atque a natura indistincta sit, cum in eis nulla
supposita natura distinctionis vmbra inueniatur; at ex
fide, & Theologicis principiis, physica entitas Dei, siue
physice sumptus Deus, est indiuisum, & identicè vna na-
tura cum tribus personarum, siue Personis, quibus
est physice communis, ac proinde trinus, & vnus: atqui
essentia physica Theologica Dei, eisdem Recentioribus
ammutibus, est, quicquid physice ex principiis Theolo-
gicis Deus est: ergo essentia physica Theologica Dei est,
non sola natura cum communibus, sed cum personalibus
enim: siue Deus etiam trinus est essentia physica
Theologica Dei. Nec refert Patres, & Theologos ex
ipsis, naturam pro essentia usurpare; atque eam à per-
sonalitatibus, & proinde à personalibus diuidere: quia
ex fide mysterij de Trinitate, ac mysterij etiam de Incar-
natione (quæ præcipua in eis principia Theologica sunt)
subsistentiam à natura distingui deprehendunt. Etenim
distingui realiter, & physice à personis, & personalita-
tibus diuinis, nec fides, nec sana, & Catholica Theo-
logia deprehendit: quare licet essentiam, & naturam, sub-
stantiam, formam, genus, & speciem pro eodem in diui-
nis viderent Patres, Consilia, & Theologi, dum de my-
sterio Trinitatis agunt, & illam à personalitatibus, &
Personis distinguunt, ac similiter in mysterio Incarnatio-
nis, negentque eas esse Personas, aliter tamen in vno atque
in alio.

7. In Trinitate enim solum ratione eam à personis di-
stinguunt, eoque sensu Essentiam, & naturam negant Per-
sonas, seu Personas esse; quia eo nomine, & conceptu
naturæ, & essentia communis tribus Personis significatur,
sub qua communitate Persona esse nequit: sed prout con-
sona, cum personalitatibus singulis, ut aiunt passim Pa-
tres, & pro omnibus Imperator Iustinianus, edicto fidei
approbato à Vigilio Pa. quod extat. tom. 2. Concil. pag.
614. ante Constantinopolitanum 2. general. 5. vbi col. 10.
ca. habet quæ retulimus contro. de Trinit. q. 1. cert. 2. n. 4.
ac lapsus contr. de modis loquendi in materia de Incar-
nat. d. vitima. Eam vero coniunctionem per physicam
identitatem cum personalitatibus, quibus vltimò singu-
laturatur, (vnde Richardus à nobis laudatus eadem
c. 1. proxi. q. 2. cert. 5. n. 6.) habet essentia, & natura
diuina. In mysterio autem Incarnationis negant essentias,
seu, quæ in Christo sunt, naturas esse Personas, & sup-
posita physice: & realiter, nec solum prout eis nomi-
nibus concipiuntur, & significantur: quia à Verbi persona-
litate, & Persona physice, & realiter diuersa humana
Causa natura catholice est. Ex quibus satis constat Pa-
trum locutiones præfatas non negasse personalitates, ac
personalia omnia diuina ad essentiam Dei physicam
theologicam, seu quatenus ex fide Deus nobis innouit,
spicere: cum physicam eius cum Personis, & persona-
litatibus diuinis identitatem (de qua solum essentia
physica Dei) ex fide etiam & recognoscant, & tueantur:
negant autem id de essentia physica naturarum Christi,
quæ humanam realiter à Verbi Persona, & personali-
tate fide distinctam videbant: quo ruit Recentiorum ab
authoritate Patrum, & à paritate essentia, &
natura personæ creatæ petitum
fundamentum.



QVÆSTIO II.

De Essentia metaphysica Dei phi- losophica.

DE essentia metaphysica amplior decernan-
di campus cum Theologis scholasticis pat-
ter: quia hoc solummodo sensu de essentia
Dei metaphysica philosophica, seu qua-
tenus ex physicis, & naturalibus principiis
Deus innouit: disputatur: quo pacto vnus, atque à na-
tura singulari Deitatis, atque perfectionibus communi-
bus, quas vocamus, quibus constare Deum Philosophi
assequi possunt, in distinctus prorsus est, inquitur ergo,
quoniam seu quibus prædicatis diuinis essentia metaphy-
sica Dei, siue nature diuinæ metaphysicæ constet: hæte-
nus ab ipsis disputabatur.

CERTAMEN I.

Doctorem placita.

1. DE Essentia metaphysica philosophica Dei (de qua
sola hætenus à Theologis disputatum est) pri-
ma sententia ex omnium prædicatum, & attributorum
collectione constitui docet. Ita Bañez, & Mazariis, &
Dominicani plures S. Th. interpret. 1. p. qu. 47. art. 2. Zu-
mel. qu. 28. art. 2. qu. 8. & Societatis Thomistis, Soar. d. 30.
met. sect. 6. & 1. de attribut. c. 11. Becan. 1. part. c. 1. qu. 1.
Arub. d. 10. cap. 13. Didacus Ruiz, d. 8. de Trinit. sect. 5.
Falsolus ad qu. 4. 1. p. art. 2. dub. 3. Alboz tract. 1. de scien-
tia Dei, qu. 6. & Agyd. Lusitanus. His ferè consentiunt
Complutenses nostri Recentiores, quibus cum sapè con-
trouersiis de Trinit. & Incarnat. certauimus: dum ab es-
sentia metaphysica Dei solos actus intelligendi, & vo-
lendi liberos ab illa virtualiter, ut ipsi putant, diuersos
excludendos docuerunt: reliqua verò prædicata communia
omnino in ea metaphysicè includi debere: ceterum du-
plex adhuc sensus opinionum huic subesse potest: ut nota-
bam controu. de Trinit. d. 3. qu. 2. cert. 4. n. 8. & 9. Pri-
mus: ut essentia diuina eis omnibus formalitatibus ex
parte obiecti diuersis metaphysicè constet: sicut homo
ex animali, & rationali obiecti diuersis prædicatis (lo-
quor enim ex suppositione sententiæ ex parte obiecti præ-
scindens, quæ hic ex logica, & metaphysica suppono,
ne eius disputatione in tempestiua, feriam hic Theologi-
cam questionem turkem) metaphysicè coalescit. Quem
sensum videntur communiter intendere citati Doctores,
didicisseque ex testimoniis Nazianzeni, Damasceni, Am-
brosij, & Hilarij recitatis q. 1. cert. 2. n. 4.

2. Secundus sensus subtilior longe: ut essentia diuina
è genere, & conceptu suo metaphysico indiuisibiliter om-
nem dicat perfectionem, quæ in creatis omnibus dispa-
sa est ab imperfectionibus eorum excoctam, quasi vno
iclu formalitatis metaphysicæ diuinæ: ad eum modum,
quo insectili sua entitate physica physice claudit. Vel
(quod aptius ad rem præfate exemplum est) quemad-
modum quodvis attributum diuinum (ut d. 3. cum multis
docuimus) indiuisibile formaliter à suo conceptu, &
genere etiam est: ita, ut nullum ex partialibus generis
eiusdem formalitatibus metaphysicè coalescat, etiam ad
plura comparetur: sed vno iclu formalitatis diuinæ fera-
tur in omnia, v. g. Omnipotentia, quæ diuina, & infinita
potentia è suo conceptu diuinæ potentia, formaliter in-
diuisibiliter omnium possibilitum potentia est: quin è po-
tentia productiua hominis, & potentia productiua Leo-
nis, quasi partibus formalibus metaphysicè compingun-
tur: & idem est de Scientia, & Volitione diuinis, quem-
sensum videtur dedisse Anselmus, citatus citato cert. 2.
n. 5. dum primo loco ait: in prædicatis idem vnum, atque
aliud, imò & omnia simul significare: cum tamen si di-
catur

G. 3

uersa

ORTEGA
in d. part
D. VIa

26 Controu. I. de Essentia Dei, &c.

uerfa, adhuc formaliter significant, obiecta idem vnum, atque aliud, nedum atque omnia, significare non possent. Secundo vero loco ait. Nihil esse Dei essentiam, seu, quod idem est, de ipso predicari, quod secundum aliquem alium modum, & considerationem non fit; non esset autem illud, si ex parte obiecti vnam formalitatem diuinam ab alia, atque ab essentia metaphysica Dei possemus consideratione, & modo nostro concipiendi praecindere. Clarissusque hic sensus videtur Bernardi testimonio inibi recitato contineri, quam, ut ponderatione habeat opus.

3 Sententiae Theologorum reliquae in eo tantum conueniunt, quod primae huic utrovis modo explicatae aduerferent, atque Dei essentiam metaphysicam philosophicam, omnibus praedicatis communibus diuinis, etiam necessariis formaliter constare negant. Verum in assignandis eis, quae illam metaphysice constituunt, quaeque ab illa sint reicienda, nulla cum alia concordat: quare eas sigillatim perstringam. Secunda igitur sententia, in Intellectione diuina vltimo essentiam metaphysicam Dei constituit; reliquis etiam praedicatis diuinis, quae ipsam non sequuntur, sed vel comitantur, vel formaliter antecedunt, ad eius constitutionem admissis, solaque volitione diuina, quae cognitionem formaliter subsequitur ab eiusmodi constitutione exclusa. Ita Soar. 9. de Trinit. cap. 1. n. 4. lib. 10. c. 5. lib. 11. c. 5. n. 16. sequuntur ex nostris. Salas, & Fasolus, dub. 7. 8. & 9. eadem, qua Soar. in consequentia, cum steterint pro sententia prima: quo vitio Nazarius laborat, qui, & pro utraque stetit: sed magnis expensis secundam hanc tueretur Herize. 1. part. tract. 2. d. 1. 3. Hemelmam. 1. part. tit. 4. tota. d. 1. ubi pro se reliquos citatos refert, atque Machim, & Alheldam. Huic sententiae tertiae affinis est alia Complutensium Recentiorum asserentium, praedicata omnia, inter quae distinctio virtualis non intercedit in diuinis (cuiusmodi sunt communia omnia necessaria) essentiam metaphysicam Dei intrare, secus contingentia communia, & personalia: ita manuscripto de Scientia, & manuscripto de Voluntate: sed cum hac vniuersali sententia sua; nescio quo pacto componant absolute diuinam cognitionem ad essentiam metaphysicam Dei non spectare: cum cognitio necessaria, atque non distincta virtualiter ab aliis praedicatis diuinis communibus ab ipsis admittatur: & sane sententia haec eo fundamento innititur, quod satis à nobis reiectum est controuer. metaphysica: quod, scilicet, in creatis tota essentia rei, seu quidquid in ea omnino identificatum est (sicut sunt communia omnia necessaria in diuinis) ad essentiam metaphysicam eius spectant; & eo sane argumento, quod licet in creatis teneret, nihil in diuinis probaret: uti eo loco quibus cognosceret: quare nihil hic de speciali hac doctrina disputare oportebit. Illud tantum dicam distinctionem virtuales, quam isti defendunt, inter necessaria, & contingentia praedicata, atque inter personalia, & communia in diuinis, potius esse summam Dei identitatem ut ostendi controu. de Trinit. ac retigi sapientius, fufiusque ostendam controu. de voluntate. De creatorum diuinorum libertatem edifferens, quare, si identitas physica praedicatorum facit, ut quidquid in re physice idem est ad essentiam eius metaphysicam spectat, contingentia Dei praedicata, quae solum per summam Dei identitatem esse in illo possunt, atque, imò potius, quam necessaria, & non distincta virtualiter ad Dei essentiam metaphysicam pertinebunt.

4 Quarta sententia fit asserentium, ante intellectionem, essentiam Dei metaphysice esse constitutam praedicato intellectui radicalis, seu potentiae intellectus, aut intellectualitatis, qua vltimo constituitur. Ita Albertinus, tit. 2. qu. 4. theologiae praedicamenti relationis dub. 2. vocetque intellectualitatis, Valentia 1. part. d. 7. qu. 3. pun. 1. Pererius 4. in genes. d. de imagine Dei qu. 1. & 4. Scotum, Duran. & alios pro eadem sententia referens, Arriaga. 1. part. tit. 1. dist. 16. sect. 4. in intellectualitudo radicali Dei essentiam metaphysicam statuere, ac proinde citatis pro hac sententia videtur accedere: sed tamen sola hac praedicata, intellectionem praecedentia in essentia Dei claudat, *Ens spirituale à se subsistens*. Ut in praedicato spirituali, radix intelligendi constituitur, ac proinde intellectualitas formalis, huc potentia formalis proxima: ac reliqua praedicata communia, quae verbis eius datis, formaliter non continentur, ab essentia Dei metaphysica

releger, nec solum intellectionem, & volitionem diuinam, Addereque videtur subsistentiam diuinam extrema voce, *Subsistens*, (sicut, & Ruiz citans, dum omni perfectione simpliciter simplici essentiam metaphysicam Dei constare, loco citato docebat: cum tamen personalitates diuinas, perfectiones eiusmodi intrinsece formaliter censens: ut vidimus contr. 8. de Trinit. d. 6. qu. 3. cert. 1.) quae in essentia Dei metaphysica philosophica, quam ipse ibi, & nos hic venamus, locum proculdubio non habet: ac fortasse neque in Theologica, de qua quaestione sequenti. Idcirco quartam aliam à quarta diuersam sententiam induxit Arriaga loco citato.

5 Scotus in 1. d. 126. q. vii. sub fin. (cui Scotista subscribunt) cum praedicato intellectui, praedicatum etiam Volitui ad Essentiam metaphysicam philosophicam pro vltimo constitutiuo aduocauit, quae Sexta est in praesenti sententia. Septima vero sententia videtur fuisse Cardinalis Aureoli, Deum nempe sola Intellectione constitui. Aureolo non nimis distanter accessit Arriaga citatus, d. 47. sect. 8. sub sect. 1. docens essentiam Dei metaphysicam virtualiter sola intellectione constare: quia ante intellectionem nihil virtualiter distinctum praecedit, à qua volitio virtualiter distincta est, eamque tanquam radicem subsequitur. Sed ex hac ratione potius inferitur, non sola intellectione virtualiter essentiam Dei constitui, sed reliquis à volitione praedicatis necessariis, quae certe ab essentia, & entitate Dei virtualiter non distinguuntur: quare ex hac ratione sua posset Arriaga consequentior suae sententiae memoratae n. 4. med. philosophari. Huic sententiae, ex parte adhaerent Recentiores, nautam ab essentia metaphysice, & formaliter in Deo distinguentes, atque naturam in sola intellectione actuali, seu metaphysice collocantes. Hanc distinctionem formalem naturae, & essentiae in Deo reprehendunt Murciani Recentiores, quasi Patribus, & Conciliis, & Theologis aduersam; cum tamen eam in S. Th. vidisset, verbis huius, quae ex ipso 1. part. qu. 39. art. 2. ad 3. recitatur. *Natura designat principium actus. Essentia vero ab essendo dicitur*.

6 Octaua opinio fuit Argentinæ q. 2. prologi sentent. Deum per Infinitatem continentem. Cum autem nemo Theologus praedicatum essendi à se ab essentia diuina excludat, (nec citatus Aureolus, qui illud cum scientiae diuinae praedicato confundit) eadem haec sententia videtur cum sententia nostrorum Petri Hurtado d. 20. metaphys. sect. 2. Tanneri 1. part. dist. 2. qu. 1. dub. 5. Gillij 1. p. lib. 2. tract. 1. cap. 12. 13. & 14. atque tract. 2. cap. 4. Addit autem secundum Infinitatem essendi à se in suo quodque genere, omnia diuina attributa essentiam metaphysicam Dei constitutur: quo planè à prima, & praecipua hac sua sententia discordat: atque ad primam recitatam pergit. Nam attributorum infinitas essendi à se in suo quodque genere, à cuiusque genere non abstrahit. Neque enim infinita Scientia, vel Amor, vel Potentia Dei intelligi potest, quin Scientia, Amor, & Potentia Dei cogitentur: quare, si infinitas essendi à se attributorum omnium in suo genere vnumquodque ad compositionem essentiae metaphysicae Dei veniunt, venient quidem omnia attributa secundum genera, seu species, ac formalitates suas ad illam: ut sententiae primae auctores aiebant.

7 Nona opinio est Recentium Murcianorum asserentium Essentiam metaphysicam Dei sitam omnino esse in ratione subiecti radicalis omnium actuum, seu attributorum diuinorum. Licet optimam essentiae Dei definitionem esse fateantur, per praedicatum *Essendi à se*, quia primus notissimusque actus Dei est. Pro hac sententia tacite videtur citare, dum varias Doctorum opiniones recensent, Henricum 1. part. sum. art. 24. qu. 3. & art. 33. qu. 2. Valsq. 1. part. d. 119. Granad. 1. part. controu. 2. tract. 1. d. 3. sect. 4. qui aiunt consistere Essentiam Dei in esse purissimo, quod est fundamentum, seu radix omnium attributorum: ita etiam sententiam plures alij, apud Hemelmam c. 2. n. 12. licet rationem fundamenti, & radicis è partialibus radicibus, & fundamentis pro attributorum diuersitate coalescere putent: qua in re decipi controu. de Trinit. dicendis dist. 3. ac dictis saepe à nobis controu. de Trinit. quod, scilicet, nulla formalitas diuina ex partialibus generis eiusdem possit metaphysice constare: referunt tandem pro hac sententia, & alios plures, qui absolute supponunt

ponunt essentiam Dei esse conceptum ad attributa omnia prædictum, quod autem cum hoc fieri optimam essentiam Dei definitionem esse per prædicatum entis à se, inde probant: quia, cum essentia Dei conceptus simplicissimus sit, non alia ratione explicari melius potest, quam per actum suum notissimum, qualis est, esse à se: cum nequeat, quod indiuisibile formaliter est, partibus formalibus, quas non habet, explicitis amplius declarari.

8 Decima denique pro antiquitate sua, & Doctorum numero, celebris est, quæ essentiam Dei metaphysicam, de qua hic in prædicato entis, seu essendi à se constituitur. Ita iam olim Patres plures, Bannez 1. par. qu. 4. art. 2. Alvarez d. 119. m. 3. Valq. loco citato, & ad art. 2. cit. Basil. Legion. 1. par. variat. Relict. 5. circa fin. Referuntur Aëtius, vel potius Aëtius, & alij. Ij etiam omnes erunt pro hac sententia numerandi, qui à Murcianis Recentioribus numerantur pro sua n. 7, hi enim omnes docent: vt Recentiores ipsi testantur, vt consistere in esse purissimo, quod est fundamentum attributorum, vel esse conceptum præuium ad attributa omnia, non autem esse illud, vt fundat, & est vera radix præui ad illa: constat autem ens purissimum, quod est fundamentum ad omnia attributa diuina, atque ea metaphysicè præcedit, esse ens à se formalissimum, quod ab omnipotentia sui purum est, atque reliqua tanquam fundamentum præcedit. Quin hæc est S. Thom. sententia cit. qu. 4. & qu. 13. art. 11. cum omnibus expositioribus, & à verbis illis ex qu. 39. art. 2. ad 3. recitatis n. 5. fine. An verò conceptus iste entis à se, sit ab actualitate essendi formaliter præcedens, an illam includens. Bannez, Alvarez & Basil. dum hoc extremum non dicunt, primum videntur docere, idque expressè docent Murciani Recentiores, dum actum essendi inter attributa ponunt, ac Deum optime per illud, tanquam per primum, & notissimum, Dei essentiam simplicissimam definiri aiunt.

CERTAMEN II.

Dei Essentiam metaphysicam philosophicam solo prædicato entis, seu Essendi à se contineri, verius nobis est.

1 Præfata conclusio patronos habet, non solum Theologos datos proximè pro nona sententia, sed & Patres quam plurimos, locis, & verbis inferius referendis: eam & nos docuimus contr. de Trinit. d. 3. qu. 2. cert. 4. à num. 3. vbi rationes metaphysicas fusius dedi, quas adeo hic, breui licet, præstringam tamen, quantum ad eorum robur sit satis: quia hic est sententia huius adfluenda propria sedes. Probat ergo conclusio: quia id est Essentia metaphysica cuiusvis rei, quod ita illam constituit in se, vt eam ab aliis distinguat, atque in se sufficienter constituit fundamentum, & radicem cæterarum passionum, & accidentium metaphysicorum: vt in omnibus Essentiis metaphysicis rerum compertum est: atque prædicatum Entis, seu essendi à se ita Deum sufficienter ab aliis distinguit, atque in se constituit fundamentum, & radicem suarum passionum, & accidentium metaphysicorum: ergo prædicatum Entis, seu essendi à se, est essentia metaphysica Dei: Minoris pars prima videtur clara: nam prædicatum Entis seu essendi à se, nulli, qui Deus non sit, potest conuenire: ac proinde sufficienter ab aliis omnibus distinguit Deum. Sed neque secunda pars est probatu difficilior. Siquidem ex prædicato Entis à se metaphysicè oriuntur, & probantur à priori, vt patet singula percurrendo, Bonitatem, Infinitatem, Aeternitatem, Omnipotentiam, & reliqua: sicuti satis Scholasticè de Scientia diuina aiebat Chrysost. hom. 1. de incomprehensibili Dei natura circa medium, his verbis. *Non à sapientia substantia, sed à substantia sapientia est*, atque vt rem vno verbo concludam; idè diuina prædicata reliqua, à prædicato Entis à se formaliter diuersa attributa Dei dicuntur: quia passiones metaphysicæ Deo per existentiam à se, in se constituto, adueniunt.

2 Sed dices, Essentiam metaphysicam rei debere hanc distinguere, non solum ab aliis, quæ non sint physice res illa, sed ab aliis etiam formalitatibus, quæ essentia ipsa formaliter, & metaphysicè non sunt, quia, sicut esse physico res debet physice distinguere ab omni alio, quod physice ipsa non sit. Sic & essentia metaphysica, res metaphysicè constituta, distinguere debet ab omni alia formalitate, quæ ipsa rei essentia formaliter, & metaphysicè non sit. Secundo, quia, si ab aliis non distinguatur, omnia rei prædicata essentia eius metaphysica erunt nec erit cur vnum essentia, ac reliquæ passiones, seu proprietates metaphysicæ, atque vnum metaphysicè præcedat, illudque alia sequantur, ita verò per prædicatum Entis, seu essendi à se distinguere Deum essentialiter sumptum ab aliis formalitatibus, siue attributis diuinis nostro discursu non probatur: imò verò facile probatur oppositum: quia omnia diuina attributa, entia, & existentia à se sunt, ac non ab alio, vt patet, ac proinde hoc prædicatum commune est diuinis omnibus, & transcendens: ex quo rursus inferitur prædicatum nullius diuini posse esse differentiale, & vltimum constitutum: quo discursu non solum nostræ conclusionis probatio enervatur, sed & ipsa euertitur conclusio.

3 Murciani Recentiores tacite rem contra nostram sententiam conficiunt: non autem contra suam, qui non in prædicato Entis à se essentiam metaphysicam abstractè sumptam Dei ponunt, sed in ratione subiecti, & radicis diuersorum prædicatorum, seu attributorum, quo essentia definitur, vt ab eis metaphysicè distincta; per prædicatum verò Entis à se, definitur essentialiter Deus, qui cuiusmodi subiectum est, per actum, & effectiorem suam primam, & notissimam: vt condistinguitur ab omni eo, quod cuiusmodi essentiam non habet, quod rectè præstat, inquit. Ceterum cum Dei essentiam metaphysicam inter omnia prædicata, & attributa diuina veniamur, ea omnia prædicata diuina rimamur, ac metaphysicè distinguimus, secundum ea omnia, quæ vnumquodque eorum formaliter metaphysicè in se coarctet: ac proinde pro essentia metaphysica rei inter omnia, quæ physice in ipsa identificari deprehenduntur, oportet specialiter designari, quod non sit metaphysicè, in aliis in re eadem physice identificatis. Vigetur: quia vel ratio Entis à se eadem metaphysicè est in omnibus prædicatis diuinis, vel secus? Si eadem: ergo cum definitur Dei essentiam per actum essendi à se, non magis definit essentialiter Deum per vnum prædicatum diuinum, quam per aliud; si non est eadem, non est cur refugias ob hoc argumentum, in prædicato Entis à se, essentiam metaphysicam Dei constituit, atque concedere, per id per quod metaphysica Dei essentia constituitur, ac definitur cuiusmodi esse debere, quod in aliis Dei prædicatis, quæ attributa sunt, non inueniatur: maxime, cum in definitione essentia metaphysicæ, quam cum omnibus admittunt, contineatur: nempe esse id ad quod reliqua rei prædicata metaphysicè consequuntur: quod sine essentia ab attributis, seu proprietatibus metaphysicis, distinctione metaphysica esse non potest.

4 Nos ergo non ita facile desperamus solutionem in quavis opinione de transcendentia, vel non transcendentia entis in creatis, & in diuinis. Etenim, si ens transcendere prædicata omnia vtroque ponatur: nequit non in differentis quibuscumque metaphysicis includi: quare argumentum contra omnem rei essentialem metaphysicam constitutionem decertat: ac proinde paralogismus esse conuincitur. Stat verò equiuocatio eius in eo, quod ens in ea sententia non sumitur vniuocè, sed analogicè, ac proinde non eadem, quæ in differentis, est entis ratio in communi, quod per illas contrahitur, sed ratio entis minus principalis, & imitativa illius communis rationis, quæ principale analogatum est, & ad quam reliquæ entis rationes, quæ in minus principalibus analogatis inueniuntur, se referant: quod in prædicato Entis à se, in quo essentiam Dei constituitur, metaphysicè erit iuxta hanc opinionem de transcendentia Entis à se, in diuinis respondendum. In nostra verò sententia, quæ eam Entis substantiam metaphysicam, seu existentiam transcendentiam, neque in creatis admittimus, neque in diuinis formalitatibus, sed has etiam solo iure identitatis cum existentia Dei existeret, atque essentia, realia metaphysica adiectiua

28 Controv. I. de Dei Essentia Dei, &c.

essentia solū (vt de personalitatibus diuinis agentes multis ostendebamus cont. de Trinit. d. 6. q. 1. vbi fundamenta iecimus, vt idem doceremus hic de attributis d. 3.) facilius ostenditur prædicatum Entis à se in diuinis, neutrumque substantiue dictum, quodque tota essentia metaphysica Dei est, non esse reliquis attributis diuinis commune.

5 Probatur Secundo, seu explicatur ratio præcedens, quia reliqua prædicata diuina, & diuersa formaliter sunt à prædicato Entis à se, etiam per aliarum opinionum Doctores & ita cum illo comparantur, vt & ad conuertentiam dicantur cum illo: ac proinde neque instar generis, & differentie illius se habeant: cum genus latius, differentie verò strictius eo, cui differentia comparantur, esse debeant. Ita vero diuina inter se hæc omnia comparantur, vt omnia à prædicato Entis à se metaphysicè oriuntur, vt diximus proxime; ipsum autem à nullo ex his ortum, adhuc metaphysicè, ducat. Quo igitur pacto essentiam Dei metaphysicam, reliqua ab Ente à se prædicata diuina cum illo constituent? Cum, non vt genus, neque, vt differentia, neque illorum instar, illam cum eo possint componere: neque eodem gradu, & signo primo metaphysico (in quo solummodo essentia rerum à metaphysicis collocantur) ad Deum spectent, sed primum Deitatis prædicatum, quod tantummodo Deum in primo gradu, & signo metaphysico pertingunt, posteriores signis sequantur? Nec refert ingredi Dei essentiam, quæ cumulus omnium perfectionum etiam metaphysicè esse debet: tum, quia id Patribus subtilius, ac de metaphysica Dei essentia disputantibus aduersatur: tum, quia cum rationibus Theologicis pugnare videbimus cert. 3. tum denique, quia eadem essentia physica, & metaphysica, Dei foret, vanæque duplex à Theologis de re, ex parte etiam obiecti formalis, eadem, difficultas, & questio institueretur.

6 Tertia demum sententia nostræ à ratione, eaque validissima, probatio ex aliarum sententiarum confutatione ex Patribus, & rationibus petenda est, quam, quia longiorem ad certamen tertium referuamus. Tertia proinde probatio ex Patribus, qui pro hac nostra sententia expressè loquuntur in præsentiarum sit: imò ex Dei ipsius autoritate, qui Exodi. 3. dubitanti Moysi quidnam Israelitis, ad quos à Deo legabatur, rogatus, quidnam esset Deus, à quo se missum diceret: cum tamen iam ab eo audisset esse Deum Abraham, Isaac, & Iacob, vt quis, seu potius. *Quid esset Deus*, à quo mittebatur audiret, atque rogantibus postea intimaret, Dominus ait: *Ego sum qui sum, sic dices ad filios Israel: Qui est missus me ad vos, hoc nomen mihi est in æternum.* Ad quæ Hilarius 1. de Trinit. *Non enim aliud proprium magis Deo quam esse.* August. tract. de hoc Dei dicto, essentiam Dei eo contineri ait. *Qui enim hoc quod est, & verè est intellexerit dignè, & qualitercumque lumine veracissima essentia, vel strictè sicut consuetudine assuetus fuerit, longè se videt infra, & 2. de Ciuit. Com enim Deus summa essentia sit, hoc est summè sit, & ideo immutabilis sit, rebus, quas ex nihilo creauit, esse de dicit. Nilenus. Totum enim in se ipsum esse complectitur, quasi quoddam essentia pelagus, immensum & infinitum, Basilus. *Ipsi qui sum, vnus, eandemque, & communem essentiam significat.* Eusebius. *Vox illa, qui est, rem, non nomen Dei, significat, qui est, hoc est, qui per se est, qui à nullo esse habet.* Iohannes. *Deus qui exordium non habet, essentia vera tenuit.* Rupert. *Ego sum qui sum, natura est nomen.* Ecce ost multa alia. *Sum edixit proprium vocabulum dicendo: Ego sum qui sum.**

7 Hæc omnia à cæna Lippomani desumpta, dicent, vtcumque de essentia physica Deitatis intelligi. Licet huius dictionis, inter Dei nomina cætera, proprietates ad ipsum, cuiusque naturam, & essentiam significandam maior; quæ ab his Patribus tribuitur, locum solutioni occludat. Sed ad alia Patrum testimonia venio, quibus, nec vtcumque, ea solutione satisficit. Interlinealis ad eum locum. *Ego sum qui sum, & qui est missus me ad vos diuinitatis substantiam significat.* Est autem substantia essentia: quod de physica intelligi nequit: cum reliqua attributa ea oratione non significata, physica essentia contineat, quod ipsum in testimoniis aliquot ex dictis, quod eis vocibus essentiam Dei contineri, & si-

gnificari aiunt, argumentum contra præstatam solutionem conficitur. Damasc. 1. de Fide cap. 12. *Principalius omnium dictorum de Deo nomen esse, Qui est.* Nilenus. aduersus eos, qui agere ferunt reprehensiores sub iur. ait. *Deum esse, primam rationem esse Dei.* Dionys. 5. de diuin. nom. *Ex ipso esse, tanquam antiquiore aliis Dei bonis, ipse Deus celebratur.* Antiquius autem non duratione, seu æternitate, vt patet, sed originariè, & præcedentia metaphysica ad cætera diuina. Id quod probat, quia quæcumque munus aliquid agendi, viuendi, &c. habent, primum ipso esse participant, eoque existunt, mox verò huius, vel illius principia sunt, concluditque.

Primum igitur ipsius esse munus proponens summa illa Bonitas ipso esse, vt antiquissimo, primoque omnium eius participationum potissimum celebratur. Nazian. Orat. 36. col. 3. fine. *Quantum ergo nobis concessum est, Eas, & Deus magis quodam modo essentia nomina sunt: ex hisque etiam Entis vox ad illam indicandam aptior est.* Atque orat. 49. ex datis Exodi verbis concludit. *Ergo ipsum, quod est, hoc erit substantia huius rei, quod esse defenditur.* In eadem sententiam scripsit Hilarius de Trinit. col. 4. Hieron. in id ad Ephesios. 3. *Ex quo omnis paternitas.* August. ad id Psal. 9. *Speret in te, qui nouerunt nomen tuum.*

8 Hæc etiam aduocanda ad rem hanc erunt testimonia Nazianzeni recitata, qu. 1. cert. 2. n. 4. vbi ait. *Vniuersum in se complecti id quod est, velut pelagus immensum essendi, vt aiebat etiam hic Nilenus n. 6. atque citata, qu. 1. cert. 2. num. 5. Anselm. & Bernard. qui, licet primo, & secundo modo continentium metaphysicè essentiam Dei in cumulo attributorum omnium necessarium: & communium, alterutro ex ibi datis, sensu adduci vtcumque possent: vt diximus hic cert. 1. num. 1. & 2. tamen, vel de essentia solum physica Dei loquuntur, vel (quod verius mihi est) contendunt nullum aliud esse, siue entitatis, aut entis substantiui metaphysici, esse in diuinis aliis, quod formalissime ens essentia non sit: quare reliqua diuina solum esse entia realia adiectiua metaphysica, vt de personalitatibus docuimus locis citatis, ex controuers. de Trinit. dist. 6. & de attributis obiter, testimonia hæc Anselmi, & Bernardi expendentes, eadem controu. d. 3. qu. 2. cert. 4. rursus negare potest atque hinc d. 3. Alioqui, neque Anselmus negare potest attributa diuina in prædicato Entis metaphysicè formaliter non contineri, neque Bernardus, nihil addi prædicato Entis neque minui Deo metaphysicè, additione, vel deductione eorum. Quod si dicas loqui eos de continentia essentiali metaphysica eorum in prædicato Entis à se, nostram conclusionem apertius dicor. Hæc tandem faciunt alia testimonia Patrum, quæ aliorum sententias (præcipue primæ) impugnandis, recitabimus statim.*

CERTAMEN III.

Ab aliarum opinionum exclusionem, sententia nostræ à ratione probatio quarta.

1 Hæc in materis omnibus efficacissima probatio. Est autem semper probatio multemembris, pro aduerariarum opinionum multiplicitate, cum omnes sigillatim percurrere ab impugnatione sunt. Sic ergo argumentor. Nequit Essentia metaphysica philosophica Dei in aliquo ex assignatis ab aliis sententiis peritare: ergo consistit in prædicato Entis à se. Maior suaderetur. Non in aggregato omnium prædicatorum diuinorum. Primo, quia essentiam Dei debent supponere, ac Deum, cuius attributa sunt, essentialiter constituitur. Secundo, quia cuius essentia metaphysica proprietates metaphysicæ necessariæ eam consequentes sunt assignandæ: nulla autem assignari essentia Dei poterit, si omnia sua attributa, & prædicata necessaria communia includat. Rursum, qui, vt vidimus, cert. 1. num. 4. personalitates diuinas ad essentiam Dei metaphysicam vocat, actiorem, quoad hoc, sicuti,

fieri, & Attriage ibidem citatus, impugnationem habet: quandoquidem Essentiam Dei metaphysicam communem esse singulis, & omnibus personis tota Theologia dogmatice fateatur: quod cum horum specialis doctrina defendi non potest, & sanè Patres de constitutione metaphysica per attributa, vel omnia, vel aliqua loqui non possent constare ex locis statim citandis, in quibus nullum ex his prædicatis Essentiam significare, sed aliquid, quod eam circumferat, eique insit, ut summum: ergo his locis de physica identitate omnium diuinorum loquuntur Patres, quorum omnia testimonia late explicat Hemelmann, titul. 4. d. 3. 63. & 4.

2. Horum vero singularitate omiſſa, communis prima sententia expreſſa est contra Patres, subtiliori metaphysica hac de re disputantes. Nyſſenus poſteriori lib. de Trinit. ad Euſtathium longè à med. Cum aliquis vniuerſaliſſime horum nominum, & ipſius nature, circa quam ea omnia intelliguntur, rationem reddit, ac definitionem, non eandem reddit utrorumque rationem: quorum autem ratio, definitione diuerſa eorum natura quoque differens est: igitur aliquid aliud eſſentia, cuius nendum oratio index cogitata, alia vero nomen quæ circa ipſam proferuntur, lib. ad Ablau. quod non tres Di. Peculiaritatem vniuerſalemque emittit in ſe ſententiam comprehenſam: (ex Dei nominibus) nec vllam in diuinis vocem reperies aliquo contentum intellectu: ex hoc itaque demonſtratur, quod non ipſa natura per aliquod eorum nomen denotatur. Id quod de nomine dicitur, ſiue Deus ſtatim offendit. Cyrill. Alex. 11. Theſ. cap. vntc. circa fin. de prædicatis, quæ de Deo dicuntur concludit. Hæc omnia non ſubſtantiam, ſed aliquid eorum, quæ in ſubſtantia inſciuntur ſequeſſant. Damal. 1. de fide cap. 4. Quæcumque autem per Theologiam affirmatiuum de Deo dicimus, non naturam eius, ſed ea, quæ ſunt circa naturam inſinuant. Nam, eſt bonum, ſi iuſtum, ſi ſapiens: ſi quidquam tandem aliud dixeris, non naturam diu Dei, ſed quæ circa naturam. Id ipſum docet Chryſoſt. loco citato, certam. 2. numero 4. Nazian. orat. 35. 36. 38. & 42. vbi Nicetas, Theophylactus, in id Rom. 1. Inuiſibilia Dei. Nyſſen. rursus 1. de Trinitat. ſub fin. Achan. dialog. 2. de Trinit. circa fin. Iuſtin. M. quæſtione 3. ad gent. & alij. Panoplia Euthymij, part. 1. tit. 3. pag. 76. quos breuitatis causa non recito. Sed pro omnibus Baſilius, contra Eunom. 1. verſus fin. colum. 11. ſententiam, quam impugnamus, aſſerentes irridens recitandus eſt. Quo pacto, inquit, non irridendus, ſi pronidentiam rursus ſubſtantiam, eodem modo præſcientiam. & omnem item operationem, ſubſtantiam puet: quæ cuncta, ſi ad vnam tendunt ſignificatum, neceſſe eſt, ut idem valeant, ſicut ſit in multiudic. Synonimis. Denum colum. 12. prædicata, ſeu attributa negatiua ſignificare quid Deus non ſit: poſitiua vero quæ eius ſubſtantie inſint, ac circumſtente, non autem ſubſtantiam ipſam, ſiue Eſſentiam Dei, late offendit.

3. Patrum authoritatibus, quibus illa prima ſententia nitetur, fecimus ſatis num. 1. Sed inſtant eius Doctores: non poſſe diuina omnia prædicari in quid, vt ex Boetio plures Patres docent, niſi extra Eſſentiam metaphysicam Dei ſint, inſimè tamen: Satis enim ad id eſt, intra Eſſentiam phyſicam, & ſubſtantiam Dei, vt accidentia eius phyſica non ſint, vt bene citatus Apoſtulus. Secundo inſtant, quia Eſſentia diuina metaphysica debet eſſe ſummum bonum, omnium bonorum aggregatione perfectum: ſed ex hac, & præcedenti ratione inferuntur perſonalitates Eſſentiam metaphysicam Dei intrare: cum in comuni obiectantium ſententia, tam eæ, quam attributa, perfectiones, & bonitates ſint: id autem tutum in Theologia non eſt, vt notabamus, num. 1. contra Ruiz, & Attriagam: quare falſum eſt antecedens, Deinde Dei bonitas cum attributum ſit, ſicut reliqua, nequit ad Eſſentiam metaphysicam Dei pertinere: quare nec ſumma. Tertiò, arguunt. Quia Eſſentia diuina nequit non in ſuo conceptu formali attributa continere. Sed aſſumptum hoc eſt aperte contra Patres recitatos numero 2. & falſum in Theologica metaphysica, vt videbimus d. 3. Sed admiſſa mutua, vel non mutua inclusione formali eſſentia, & attributorum diſtinctione, alterutro modo ſententium, per implicitum & explicitum ſit ſaris argum. Denique exclamant Deum fore Ens per participationem, & per accidens, ſi luſus, bonus, &c. non per Eſſentiam formaliffimam & metaphysicam foret: cum tamen omnium ſententia Ens per eſſentiam ſit, & in quo nullum accidens eſſe poſſit: verum accidentia metaphysica non repugnant Deo, ſicut neque metaphysica compoſitio, ſed ſolum accidentia phyſica, ſicuti & compoſitio: idque ſolum requiritur, vt ſit Ens per eſſentiam, & non per accidens, & participationem.

4. Iſdem à ratione, & authoritate argumentis refutatur ſententia, quæ ſuprà prædicatum Entis à ſe, aliquid, vel aliqua alia prædicata, ſeu attributa in metaphysica Dei Eſſentia includebant, vt rationes, & testimonia Patrum data percurrenti facile innotescet. Eæ verò ſententia ſunt relatæ à ſecunda ad ſeptimam ineluſiue, vt vidimus. Secunde verò, quæ Intellectionem ad Eſſentiam Dei metaphysicam adſciſcit, Volitione ſcluſa, alia patitur ſpecialiora: & quatenus admiſſa Intellectione, Volitionem ab eſſentia reſciſcit, impugnata à nobis eſt, controuert. de Trinit. d. 3. quæſtione 2. toto certam. 4. vbi, & oſtendimus nihil afferre præſidij, vt ſecunda perſona Filius, præ tertia in Trinitate defendatur: (quod fuit præcipuum ſententia huius commodum, & fundamentum) eique fidei veritati tuendæ, aliam longè faciliorem, ac fortasſe certam, certè verò tutiorem, ac verofiſſimam aperuimus viam, certam. 6. per totum, ex ſecunditate ad intra, quæ Filio, & non Spiritui communicatur, ſpecialiter à nobis explicata, & confirmata. Impugnatur ex hac parte rursus: quia non eſt cur Volitio excludatur ab Eſſentia metaphysica Dei, atque includatur Scientia, niſi, quia hæc Volitionem metaphysicè præcedit, ac proinde eſt illius radicale metaphysicum principium, ſiue conditio, ac proinde nequit ad eundem primum gradum Eſſentia Dei cum ſcientia concurrere, poſt quam eſt, & quam ſupponit conſtitutam in ſuo eſſe. Sed hæc ratio probat nihil diuinum poſteriori metaphysicè prædicato Entis à ſe, ac proinde, neque cognitionem, poſſe ad Eſſentiam Dei metaphysicam vocari. Inſuper, ſi aliquid vltra prædicatum Entis à ſe ad Eſſentiam metaphysicam Dei ſpectare debet, maxime, quia debet eſſe eſſentia aggregatum omnium bonorum, ſeu perfectionum formaliter ſumptarum, nec ſolum eminenter, & radicaliter: quæ ratio etiam de volitione, imò & de perſonalibus aq̃ue, atque de cognitione diuina probat.

5. Dices ex præcipuis fundamentis, quæ pro hac ſententia exhibent Herice, Faſſolus, & Hemelmann. Idcirco Intellectionem ad Eſſentiam metaphysicam vocari, non Volitionem: quia Dei Eſſentia metaphysica nondum ſatis, & digne intelligitur conſtituta, quouſque adueniat gradus vite perfectiſſimæ, & puriſſimæ, & beatiſſimæ, qui eſt actus intelligendi primus vite ſpiritalis, & in quo viuuda Dei formalis, ac non obiectiua, & mortua beatitudo conſiſtit. Neque enim mortua, adhuc paſſiue, ſeu non viuuda perfectè, ac beatè Eſſentia Dei metaphysica cogitari poſſe: quemadmodum neque Eſſentia metaphysica hominis quouſque viuens, & rationalis, ſeu diſcurſiuis intelligatur. Ceterum ſi vite puriſſimæ, perfectiſſimæ, ac beatiſſimæ actus gradus ſpectandus ſit, vt vltimò conſtituta Dei Eſſentia metaphysica intelligatur, cum Volitio actus puriſſimæ vite, ac perfectiſſimæ ſit, quouſque is adit, nec perfectiſſima Dei vita, & viuuda Dei beatitudo intelligitur, cum ea vite & beatitudinis perfectio, & conſummatio, quam Volitio formaliter in ſe claudit, non adit, quouſque ea Deo intelligatur aduenire: imò, cum proceſſiones etiam actus vitales perfectiſſimi ſint, hi etiam ad Eſſentiam Dei metaphysicam ſpectabunt: quod periculose, vt diximus ſuprà in Theologia dicitur. Satis ergo digne Eſſentia Dei intelligitur in prædicato, quod omnium

D attributo

ORTEGA
IN A. pari
D VIA

30 Controv. I. de Dei Essentia, &c.

attributorum Vitæ, Beatitudinis, & perfectionum, quæ in eis velis adtribuere, radix est, atque eas omnes eminenter continere: nam si formaliter continentia per earum formalem aduentum expectetur, metaphysicam Dei essentiam, quovisque omnia formaliter adsint, dignè Deo non constituit. Illud de hominis metaphysica compositione paritatem non habet: cum reliqua prædicata rationali superiora, communia aliis sint, ac proinde hominis speciem ultimò constituere, atque ab aliis distinguere non valent. Prædicatum verò Entis à se, nulli alteri sit commune, sed solius Dei proprium, & singulare.

6 Sed inconsequentia huius sententia, in exclusione Volitionis ab Essentia metaphysica Dei, admittentis in illa cognitionem, omnia ostendamus specialiter, neque hanc in essentia metaphysica Dei includi posse. Et primò Chrysostomus recitat certamin 2. numero 1. Dei sapientiam ex substantia, seu Essentia Dei, vti que metaphysica, oriri metaphysicè acbat, tphyice enim oriri non potest, vt patet: ergo non est Essentia metaphysica Dei. Nihil enim à seipso in sua linea, vel physica, vel metaphysica oriri potest. Secundo: præter generalem Patrum de attributis omnibus diuinis doctrinam, quod eorum nullum substantiam, siue essentiam Dei significet, speciatim id de Sapientia, siue Scientia Dei, sub eis vocibus, exprimunt, vt videre est in testimonio Damasceni recitati, numero 2. Cyrilli, & aliorum, qui Dei Scientiam inter reliqua attributa, nomina, & prædicata, quæ Dei substantiam non significant, recensent. Respondet Hemelmam loqui Patres de Scientia Dei, quatenus secundario tendit ad creaturas, non autem, quæ tendit primario in Deum, atque in sua sententia eius essentiam constituit. Sed in primis etiam, quæ in Deum tendit est nomen, quod de Deo dicitur, atque omnia nomina eiusmodi ab Essentia Dei, vti que metaphysica, excluduntur à Patribus. Secundo: Sapientia Dei absolute de Deo dicta, atque exclusa, Scientiam, quæ se Deus cognoscit, imò primario, significat. Tertiò: etiam secundum eam considerationem Sapientia, Operatio, & actus diuini dicitur, vt legitur in testimonio Basilij recitati, numero 1. atque in aliis Patribus citatis, ex eo autem, quod intelligere sit actus & operatio Dei metaphysica, docet Sanctus Thom. in 1. d. 6. questione 1. articulo 3. & questione prima de potentia, articulo primo, Essentiam esse principium metaphysicum illius: atque ab illa distingui docet, d. 7. questione 1. articulo primo, & secundo, d. 27. questione prima, articulo 1. ad 5. 1. part. questione 26. sicuti & potentiam intellectiuam. Quod si aliis dicit intelligere Dei, ipsius substantiam esse, idem etiam de volitione docet 1. part. questione 19. articulo 1. atque alibi pluries, ac de physica identitate est intelligendus; ne & aduersariis, qui volitionem ab Essentia metaphysica excludunt, ac sibi etiam, qui tot locis Intellectionem ab ea excludit, contradicatur.

7 A ratione verò, vltra generales datas, Scientia Dei ab eius essentia metaphysica, peculiariter excluditur à nostro Arrubal, & aliis quia ex Aristotele 12. metaphysicorum, tex. 3. 6. & S. Thom. 3. contra gent. cap. 26. omnis intellectio supponit aliquod intelligibile, ac proinde prima intellectio, aliquod primum intelligibile, à quo pendeat. Sed hoc argumentum, si quid probat, probat Intellectionem Dei ab ipso tanquam ab obiecto pendere reuera, & physicè, & realiter distingui, ac physicè præsupponere ipsum, nec solum metaphysicè, vt contendimus, nec sui ipsius intellectionem esse posse, quæ sunt absurda: vt videbimus controuers. 2. d. 2. questione 5. certam. 1. quare aliter ab Essentia metaphysica Dei, eius Scientia à nobis reicitur: licet malè à Recentioribus Compulensibus Arrubal impugnetur: quia eius argumentum Dei Essentiam in Intelligibilitate positam probat, ac non in Intellectualitate. Et enim in neutra posita est, neque in Intelligibilitate positam esse probat, si de formali loquamur, sed materialiter solum, in quocumque prædicato, formaliter positum sit, quod possit Intellectionem subire. Probatur

ergo Primò: quia conceptus potentie intellectiue formaliter ab Intellectione diuerfus, & Deo metaphysicè adest, vt contra aduersarios ostendimus controuers. de Scientia, d. 1. & prior metaphysicè est in linea intellectiui, Intellectione, cuius principium metaphysicum est: ergo per eum intelligitur satis constitutus, atque ab aliis metaphysicè distinctus ante Intellectionem, et si formalitas intellectiui formalis ad eius constitutionem essentialem metaphysicam expectanda sit. Secundo ex absonis quibusdam propositionibus: inferunt enim, si essentia, & natura metaphysica Dei Intellectione constituitur. Quia Deus se intelligit esse Deum, & non è contra cum Intellectio sit pars metaphysica, & causa intrinseca Dei, & non contra Deus Intellectionis: esse item Immensum, Eternum, Bonum, immutabilem, quia se intelligit, cum Essentia Dei metaphysica, sit & radix metaphysica eorum, & reliquorum omnium attributorum. Inferunt, & hoc Murciani Recentiores. Verum immediatè præcedit per essentiam, & naturam. Quod malè audit in Durando apud Theologos reliquos; sed audit malè, quia negat immediatè procedere Verbum per intellectionem. Item sicut Verbum dicitur Sapientia genita, ita & essentia genita dici possit, quod excreatur Theologia. Sed non id inferunt. Nam Sapientia quæ genita dicitur in Verbo, non est Sapientia communis, & formalis, sed obiectiua: in quâ sententia hæc Essentiam metaphysicam Dei non constituit, sed in formali comuni tantum. Mitto aliam nostri Granados impugnacionem, ex eo quod essentia sit specificatum diuine cognitionis, ac proinde in esse intelligibilis debeat supponi, ac proinde debeat præcedere sui cognitionem: quia & sui ipsius cognitio Scientia diuina est: quàm ad seipsam formaliter præcedat.

8 Præcipua eius fundamenta discimus, numero 3. 4. & 5. Patrum, & Philosophorum auctoritatibus, qui Deum definientes aiunt: esse suam Intellectionem, vitam intellectualem, & similia. Sed si Intellectionem esse Deum metaphysicè definiunt, cum solam, & in abstracto ponant, pro Aureolo, & contra hanc sententiam, quæ alia etiam ad Essentiam metaphysicam Dei adiungit, certabunt. Loquuntur ergo de identitate physica eorum cum Deo: quo etiam sensu passim, tam ipsi, quàm Scriptura, aiunt Deum Amorem, & Charitatem esse. Dicunt Secundo: constitutum vltimum Naturæ intellectuales est, quod gradus communes, & superiores in ea linea contrahere intelligitur, talis est Intellectio in Deo: ergo. Minor multo ex capite est falsa. Tum quia, vt diximus, numero 5. sine, nec Entis à se, neque vltim prædicatum diuinum est commune, sed omnino singulare: quod si ab ente, & rebus; illud à se, vel diuini, rationem auferas, etiam Intellectionis, vt sic, prædicatum communitatem, vel habet, vel sonat: quare nequit esse vltimum constitutum. Secundo per prædicatum potentie intellectiue, intelligitur natura Dei in linea naturæ intellectualis, ante intellectionem constituta, vt dicebamus numero 7. Denique maior supponit omnem naturam, quæ physicè intellectiua est, talem esse formaliter metaphysicè; quod negamus de diuina. Denique arguunt ex nomine Deus, quod contemplationem, siue intellectionem significat: Sed quid? quod hoc nomen Deus iuxta eam significationem ab Essentia Dei relegant Patres citati: vt videre est in Nysseno, libro ad Ablau. Quod non tres dij. Circa med. post verba inde recitata, numero secundo, Adde hoc nomen, non significare in Deo cognitionem sui primariam solum, sed secundariam etiam omnium creaturarum, quam ab Essentia metaphysica Dei relegat ista sententia, vt ibi ait Nyssenus significare efficaciam in seipsum, spectatricem, viciariam, contemplatricem, quæ omnia intueatur. Athan. Dialog. 1. de Trinitate. Naturam significat omnia contemplantem, & persidentem. Ipsique antiquior Dionysius 1. de diuinis nominibus. Deitas est quæ omnia videt prouidentia, & bonitate perfecta. Ex quo S. Thom. 1. part. questione 13. articulo 8. corpore ait: nomine Deus omnes significare quod habent prout

providentiam de rebus. Ex qua operatione notissima natura secundum se nobis ignota, tandem immo-
cit.

9 Octava denique Murcianorum Recentiorum con-
fatur: qui Essentiam metaphysicam Dei non designat,
sed solum ratione, notissima quidem, sed communi
omni essentia metaphysicæ, atque eis, quas hæcenus
memoravimus sententia communi, contenta est. Om-
nes enim supponimus Essentiam metaphysicam Dei
esse subiectum, & radicem primam metaphysicam
omnium suarum proprietatum, & attributorum, sicuti
omnibus aliarum rerum essentia metaphysicis contin-
git, unde & ratio ea principium, & dignitas metaphy-
sica est, ac proinde cuiusvis ex novem (si primam ex-
cipias) recitatis opinionibus Doctores dicent, id, quod
pro essentia assignant, esse subiectum primum radica-
le, siue radicem metaphysicam attributorum Dei, quæ
ei prædicata, quibus Essentiam metaphysicam Dei con-
stat, descendunt, metaphysicè consequuntur. Hoc ergo
omnibus commune effectum apud omnes, sine quæ-
stione, & argumento vilo in consensu est. Solūque
hic inquiritur, quoniam, vel quor, e diuinis prædica-
tis sit primum subiectum radicale, siue reliquorum me-
taphysica radix: sicuti statuto ex communi illo princi-
pio essentiam metaphysicam hominis, stare in subiecto
radicali metaphysicarum proprietatum hominis, nihilo-
minus inquiritur ex prædicatis eius, quodnam sit: ra-
tionale, siue rationalitas, an risibile, seu risibilitas: ac
pro rationali censetur. Confirmatur: quia idem Re-
centiores, vt alias ab opinione Entis à se impugnent
sententias, ostendunt reliquis sequi metaphysicè, ad
hoc prædicatum, atque eo Deum à reliquis entibus
primo distingui, vt ostendant rationem primi subiecti
radicalis proprietatum, & attributorum esse non pos-
se: ac proinde neque in eis Essentiam metaphysicam
Dei constitui: inde autem aqua legimitate inferre
debeant, eam in prædicato Entis à se, sitam omnino
esse.

10 Vigeo: quia, licet cuiusvis rei essentia metaphy-
sica debeat esse, quod primum subiectum radicale meta-
physicum aliorum prædicatum rei esse recognoscatur;
aut nullius rei essentia metaphysica in ea ratione primi
subiecti radicalis cæterorum rei prædicatum esse pos-
set: ergo multo minus in Deo. Assumptum patet: quia
ea ratio subiecti primi metaphysici radicalis cæterorum
prædicatum rei est Chimærica, & rationis nostræ
figmentum purum: cum physicus, realis, & verus ordo
subiecti primi, radice, & actus respectu formalitatis
cum ipso identificat esse nequeat: ac proinde tota ea
ratio Chimærica, & purum rationis nostræ figmentum
erit. Quemadmodum ob eandem rationem, licet es-
sentia metaphysica rerum genere, & differentia con-
sistat, non dicimus constare ratione communitatis ad
plura specie distincta, quod genere constet: quia ea ra-
tio purum figmentum, cuiusque rei assignemus, ra-
tionis, & chimærica est. Licet, vt genus cuique rei assi-
gnemus, atque inter eius prædicata dignoscamus, atque
ex eo, & differentia, definitionem essentialiorem serue-
mus, quo essentiam eius rei metaphysicam designe-
mus, cuius ex rei prædicatis, ea per rationem no-
stram Chimæricè conficta nota aptetur, vestigemus: ex
quo exemplo planè conficitur rerum omnium, multo-
que magis Dei (qui longius in suo esse à Chimæris
distinctus est) essentiam metaphysicam non in ratio-
ne illa Chimærica primi subiecti radicalis, siue radice
reliquorum prædicatum, & proprietatum eius chi-
mærica, & fictitia, sed in eo prædicato cui eam chi-
mæricam notam cum fundamento aptari viderimus, esse
constituendam, ac proinde in prædicato
Entis à se, Essentiam Dei metaphysicam esse collocan-
dam. Hæc quidem satis erunt ad illius vniuersalis an-
tecedentis, quod initio certaminis posuimus, ex alia-
rum omnium sententiarum impugnationibus solidam pro-
bationem, atque ad nostræ sententiæ, à cæterarum
exclusionem efficacem ostensionem. Quæ verò pro sua
sententia Recentiores afferunt solum probant essen-
tiam metaphysicam rei fore id, quod metaphysicè fue-
rit subiectum radicale cæterorum: non autem forma-
lem eam rationem, sed eius subiectum, quod nos ad-
mittimus, atque illud esse Ens à se monstramus.



QVÆSTIO III.

*An Ens, siue Esse à se actū, seu actua-
le, sit Essentia Metaphysica philoso-
phica Dei quam assignauimus pro-
ximè.*



EXPLORATO iam Essentiam metaphysi-
cam Dei philosophicam in prædicato En-
tis à se adequatè contineri: adhuc sub
iudice lis est, quamquam Entis, siue Essendi
à se formalitate contineatur. Cum enim
Ens, & Esse, in creatis, & possibiliter, & actualiter
dicatur, ac de rerum nondum existentium essentia, ea,
& essentia, ac de eis proinde prædicatum Entis prædi-
catum, ac rursus entis possibilis, præcisue adhuc sum-
pti, obiectiua formalitas, ab obiectiua Entis actuali-
tate metaphysicè (vt Thomistas Dominicanos, qui eas
physicè etiam distinguunt, omittam) à plerisque distin-
guatur. Ita etiam in prædicato Entis à se diuino eue-
nire arbitrantur nonnulli; ac proinde dubitari potest;
an in Ente seu Esse à se possibili, seu possibiliter præ-
cisue Dei Essentia metaphysica consistat, an in Ente à
se actuali? Eadem ergo præiens est quæstio, & diffi-
cultas cum illa, an actualitas essendi, siue actualis exi-
stentia, Essentia metaphysica Dei sit? An prædicatum
attributale inter metaphysicas Dei proprietates, &
attributa numerandum? Si enim eiusmodi sit, iam
pro priori metaphysico Essentiam Dei constitutam sup-
ponet, ac proinde extra eius conceptum, atque illo
posterius.

CERTAMEN I.

*Quibusdam positis verior sententia eli-
gitur, & fundatur auctoritate.*

1 Pono primò hic nos de actuali existentia Dei, siue
de Ente, seu ratione essendi actu, & exercitè
Deo intrinseca, atque, vt minimum, ipsi realiter, &
physicè identificata, an ad Essentiam Dei metaphysicam
spectet: disputare; non autem de alio quouis extrin-
seco, quod nostro concipiendi modo, vel ex necessita-
te, vel arbitrio concernat: siue illud tempus aliquod,
siue quidpiam aliud sit. Pono item, neque nos hic
disputare an actus essendi, siue Esse actu in Deo, vel
ex natura rei, vel virtualiter à Dei Essentia, (cui physice
realiter formaliter identificatur ex fide) distingua-
tur? ea quippe quæstio attributis omnibus est commu-
nis, iamque à nobis disputata controu. de Trinit. d. 8.
quæstion. 2. tota de distinctione inter personalitates, &
essentiam diuinam agentibus. Iterumque d. 3. per
otium agemus. Solū ergo hic disputatur de distinc-
tione formali obiectiua inter hæc prædicata, essentiam diui-
nam metaphysicam, seu Ens à se (in quo illa, vt mini-
mum, consistit iuxta dicta) & ens. actuale à se, se-
cundum quod actualitas essendi, seu Entis à se, dicit
Deo intrinsecum, ac re ipsa identificatur, ac proinde
in Essentia Dei physica, cum reliquis Dei attributis in-
clusum.

2 Prima ergo sententia Existentiam à se, siue Ens à
se actu, & exercitè ab ente à se absolute dicto, ac præ-
cisue sumpto, ac proinde ab Essentia metaphysica Dei
philosophica distinguit; unde, etiam in opinione illarū
in prædicato Entis à se absolute adequatè constitutæ

D 2 extra

ORTEGA
In A. pari
D Via

23 Controu. I. de Dei Essentia, &c.

extra essentia Dei conceptum fore. Ita necessario censent Mairon in 1. d. 2. qu. 11. Bargius. Frombetam. citans, alique Scotista, apud Bassolidem d. 8. art. 2. qui etiam ex natura rei existentiam Dei ab eius essentia discriminant. Maiorem, ea in re defendit Peius Mirandul. d. 8. earum, quas à se tuendas scripsit. Sed de distinctione rationis obiectiva formaliter videtur eam docere S. Th. in 1. d. 19. q. 2. ar. 1. ad 1. & 2. corp. Salas 1. 2. tract. 2. dist. 3. sect. 7. num. 32. Gran. 1. par. controu. 1. tract. 2. dist. 2. n. 6. Vafq. 1. par. d. 2. 2. n. 6, & d. 2. 4. n. 3. Ruiz d. 15. de Trinit. sect. 2. n. 10. Arriag. 1. par. d. 2. sect. 8. subsect. 1. ac tandem Murciani Recentiores, qui, & aliorum esse aiunt sententiam.

3 Secunda sententia docet, actualitatem Entis, siue essendi à se exercitè, à Dei essentia metaphysica, siue in ratione entis absolute à se formaliter ex parte conceptus obiectiui nullatenus distingui: ita videtur docere S. Th. 1. par. qu. 3. ar. 4. vbi eius interpretes, Soar. 1. de Essentia, & attrib. cap. 2. eam omnino veram, & Fidei veritati consonam censens. Falsolus ad dictum art. dub. 1. & 2. eam omnium, præter datos Scoticos appellans, Arrubal. 1. par. d. 10. cap. 9. Tann. d. 1. qu. 1. dub. 5. referens plures, quibus & nos subscribimus: ac proinde Deum metaphysicè essentialiter per prædicatum Entis, siue essendi à se actu, & exercitè, siue (quod idem est) per existentiam à se omnino, & adæquate constituit, nullumque existentiam à se inter Dei attributa posse numerari, magis quam inter ea, essentia ipsa metaphysica Dei posse recenseri.

4 Probatur Primò sententia ex verbis Dei datis Exodi 3. pro constitutione essentia metaphysicè philosophicæ Dei, vbi de se Moyse suam, ut vidimus, qu. 2. cert. 2. essentiam metaphysicam explicans, non respondit, esse Ens utcumque, sed Ens actu. *Ego sum qui sum, & qui est misit me ad vos.* Quibus expressè actualitatem essendi suam significauit. Etenim esse, quod tempus concernit aliquod, vel præsens, vel præteritum, vel futurum esse actuale, & exercitum est omnium existentia; non purè possibile adhuc præcisè, quod omnium etiam sententia abstrahit à tempore, neque illud concernit. Ea verò Dei de sua essentia metaphysica testificantis verba de ente, quod tempus concernit fuisse, vel grammaticis puerulis est notum: cum *sum*, & *est*, de præsentis tempore verbi substantiui sint: quare dubium esse potest nemini de suo esse actuali locutum ibi fuisse Deum.

5 Imò de esse actuali suo, quod indiuisibiliter totum tempus præsens, præteritum, & futurum, & æternitatem concernit, locutum ibi fuisse Deum. ad ea verba obseruatur merito Patres omnes apud catenam Lippomani recitati: quia cum tempus, quo allocutus erat Moyses Hebræos, Deique, à quo Deus loquebatur, erat, sed futurum: atque Deus ex tunc pro tempore futuro declarando nomine, etiam pro tunc, *Qui est*, se nominandum de præsentis intimaueit: illud suum actuale esse, quod de præsentis declarabant verba illa, *Ego sum qui sum*, nunquam transiit, sed quouis tempore præsens fore demonstrat. Atque ita omnibus generationibus, & æternitate tota, nominandum statim proinde subiunxit.

6 Accedunt testimonia Patrum recitata, qu. 2. cert. 2. n. 6. & præcisè, qui de ente actuali, & esse exercitè, ac concernente durationem, Deum illis verbis loqui, atque suam essentiam metaphysicam explicuisse docuerunt. Sed verba illa Naz. inibi data ex op. 49. repetenda hic sunt. *Ego ipsum, quod est, hoc erit substantia huius rei, quæ esse definitur.* Neque omittenda illa inextinctis verba. *Ego sum qui sum, & qui est misit me ad vos diuinitatis substantiam signant:* cum utrobique de esse metaphysico Dei agatur, ut num. 7. ostendebamus, atque verbo substantiuo concernente tempus, ratio entis, seu essendi, in quo uterque Essentiam metaphysicam Dei constituit, ab utroque expressè explicetur.

CERTAMEN II.

Rationibus eadem sententia stabilitur, atque ab oppositionibus asseritur.

1 Prima nostræ sententia ratio, ex generali principio de rerum possibilitate, seu essentia, & existentia desumendum est. Etenim, ut fusc ostendimus controu. metaphysica, seu logica, de ente, essentia, & existentia rerum, earum essentia, seu possibilitas, & existentia non solum realiter prorsus indistincta, & eadem contra Thomistas Dominicanos est, verum, & formaliter metaphysicè ex parte conceptus obiectiui eadem est, & infectibilis adhuc in nostra præcendentium prædicata ex parte obiecti sententia, ut ibidem contra nonnullos Thomistica nostræ Scholæ Doctores probauimus: imò eos, qui ex parte obiecti essentiam, & possibilitatem rerum, ab earum existentia in ipsis distinguunt, ad Dominicanos tandem, vel sponte iuros, vel relegare contendebamus: ex quo principio, verum est nostrò concipiendi modo, essentiam, possibilitatem, & existentiam diuersimodè apprehendi, sed tota ea diuersitas in nostris conceptibus, & modis, alio, & alio, concipiendi est, cum tamen ex parte obiecti eadem infectibilis formalis rei concipiatur. Sed de his & fufius, & proinde clariùs loco citato. Ex hoc verò principio conclusionem nostram ostendere pronum est. Si enim in rebus etiam contingentibus, & defectibilibus, ratio formalis obiectiua possibilis, seu veri entis, & essentia à ratione formalis existentia actualis nihilo prorsus differt: ergo nullatenus in Deo ente essentialiter necessitatio, & infectibilis in quo paralogismus (qui locum in contingentibus rebus habent) locus non est, ratio Entis à se, quo Essentia metaphysica Dei statuitur, eadem prorsus cum ratione existentis à se erit.

2 Verum licet aliter in essentia, & existentia creaturarum contingentium, & defectibilium res habere videatur: adhuc in Deo non haberet aliter: siquidem Ens à se absolute dictum, idem prorsus formaliter est, quod Ens actuale, & exercitè, id quod communi Patrum, & Scholasticorum, sensu comprobatur. Cum enim Deus illis Exodi verbis tantum de se, suæque essentia metaphysica dixerit. Exodi. *Ego sum qui sum: & qui est misit me ad vos*, id est esse, & fore semper actu, idem illis significari, atque esse Ens à se uniformiter Patres, & Theologi concludunt: licet ex his alij in eo totam essentiam Dei metaphysicam claudi asserant, alij verò vterius aliquid requirant: ergo esse Deum Ens à se idem esse formaliter, & ex parte obiecti, ac esse actu censent. Tertio probatur: quia eo formaliter constituitur actu esse, & Ens actuale, & exercitè existens, quo formaliter excluditur contingentia non essendi, siue ipsius non esse, atque prædicato entis à se excluditur formaliter non esse illius, quod est Ens à se, & contingentia non essendi: ergo prædicatum entis à se formaliter, & essentialiter est Ens actuale, siue exercitè, existentia formalis à se illius, quod à se est.

3 Minor (quæ sola probationem desiderare fortassis videbitur) suadet, quia prædicatum entis à se formaliter est impossibilitas non existendi in eo, quod Ens à se est: ergo est formaliter exclusio non existentia, & contingentia non existendi eius, in quo est: ac proinde existentia actualis, & necessaria illius. Parer consequentia: quia impossibilitas formalis non existendi ei negatio formalis & necessaria negationis existentia, quod nihil aliud formaliter esse potest, nisi existentia positia actualis, & necessaria: negatio quippe negationis cuiusvis positium formaliter oppositum negationi sui est: ut negatio negationis existentia Petri, ipsa Petri existentia apud omnes formaliter est. Antecedens probatur: quia, licet potentia, seu possibilitas existendi possit concipi in actu primo, & in actu secundo, ac proinde virtualiter, seu potentialiter, & actualiter, seu formaliter, aut impossibilitas semper est formalis, & actualis è conceptu suo impossibilitas: ac proinde ei nequit actus primus seu potentia assignari: est enim negatio à se, & necessaria licet

sicut Deus Ens à se, & necessarium: quare, sicut im-
bilis, & negationis necessitate, eius, quod cam-
ber non datur, adhuc formaliter, actus primus, ita neq-
à se, necessitate eius existentia, & negationis neces-
sitate existentia sue actus primus, seu potentia, adhuc
formaliter potest dari: quo præcluditur eualio huius ar-
gumenti: nempe Ens à se formalem, & actuale impos-
sibilitatem sue non existentia non esse, ut in antecedenti
asseratur. Sed solum impossibilitatem non existendi
virtute, & in potentia: quod rursus impugnabitur argu-
mento sequenti.

4. Quarto probatur conclusio: quia Ens à se, in quo
essentia metaphysica Dei constituitur, nequit essentia
cuiusmodi esse, quin è suo conceptu tale sit, cui cum fun-
damento à nobis attribuitur per rationem esse subiectum
radicale, & radicem, ex qua omnia attributa suboriantur:
nequit autem ita cum fundamento id à nobis enti à se at-
tribui, nisi concipiatur pro illo suo signo, & conceptu
formali existens à se: ergo Ens à se, quod essentia Meta-
physica Dei esse à nobis concipitur, & merito iudicatur,
claudit in suo formali conceptu pro illo priori existen-
tiam à se. Minor probatur: quia ratio subiecti primi ra-
dicalis, & radicis cuiuspiam alterius, siue Physica, siue
Metaphysica, nequit cum fundamento à nobis attribui
alicui non conceptu formaliter existenti, siue cum exi-
stentia: quare implicat concipi essentiam metaphysicam
Dei veram dari, quin concipiatur existentia, aut quod
idem est, prædicatum entis à se, quod omnium sententia,
est primum subiectum, & radix cæterorum Dei prædica-
torum: ergo nequit concipi, quin concipiatur à se exi-
stentia, ac proinde nequit esse existentia à se, essentia me-
taphysica, seu ente à se posteriori Metaphysicæ, cuius
Metaphysicus actus.

5. Respondent Murciani Recentiores, non esse opus,
ut concipiatur principium, aut subiectum metaphysicum,
imò neque physicum actum, sed satis esse, si virtualiter
concipiatur, & iudicetur de eo existentia: quod necessarium sit,
cum Dei essentiam, siue Ens à se fundamentum, & radicem
cæterorum concipimus, & iudicamus ob rationem di-
ctam: quia actus omnis exigit necessarium existentiam sui
principij: atque in super prædicatum existentia à se, at-
que universum existentia, & transcendentibus est, quæ sem-
per supponunt ex parte subiecti fundamentaliter id, quod
formaliter præ se ferunt. Multa in his impugnanda occur-
rebant, circa doctrinam hanc de transcendentibus præ-
dicatis, quæ formaliter sunt prædicata, quæ transcendent,
licet nostro concipiendi modo, eis intelligantur meta-
physicæ adiacere. Vnde etiam evincitur Ens à se, seu ef-
sentiam metaphysicam Dei, existentiam à se formaliter in
se claudere, quare eius actum metaphysicum esse non
potest.

6. Secundò. Idcirco, cum iudicatur expresse, & for-
maliter essentia Dei, seu ens à se, esse subiectum primum,
& radicem attributorum, & existentia, quæ in tua sententia
ex illis est, iudicatur virtualiter, & implicite ex parte
etiam essentia existentia: quia exigit actus omnis exi-
stentiam sui subiecti, & radicis, siue physicæ, siue meta-
physicæ: at exigit præsuppositum, & pro priori forma-
lem existentiam sui subiecti & radicis: ergo ea formalis
existentia iudicari debet, nec solum fundamentalis de ef-
sentia, ut iudicetur subiectum, & radix, siue physica, siue
metaphysica suorum actuum, & proprietatum: quare, &
Ens à se, siue essentia metaphysica Dei subiectum, & ra-
dix cæterarum proprietatum Dei vera iudicatur: ac
proinde existentia neque ente à se, neque essentia Dei
actus posteriori metaphysicæ esse potest, sed de eorum in-
stantiæ, & formali obiectivo conceptu.

7. Quæ vero contra nostram sententiam opponun-
tur, opponere possunt, levia sunt: Primò. Priorem esse
in Deo conceptum potentia ad existendum, quàm exi-
stentia ipsa exercita sit prioritate metaphysica. Constat
ex dictis saltem omnino esse: sed, ut summum, priorem
esse logicè: quo solum pacto potentia existendi neces-
sario in Deo potest cogitari. Secundò: è prædicato entis
à se, probati à priori necessarii existentiam Dei: sed
negatur facile: licet enim voces diversæ sint, aut synoni-
ma oratio est, idem vna, atque altera omnino etiam for-
maliter significans. Tertiò: (& est vnicum Recentiorum
Murcianorum argumentum) quia non possumus pro hoc

statu indicare Deum existere absque duplici conceptu ob-
iectivo, altero de existentia, siue de existendi actu, altero
de subiecto talis actus priori, in quo sit, & proinde essen-
tia metaphysica Dei: verum eodem argumento proba-
retur Ens à se adhuc possibiliter non esse Dei essentiam:
quia nec possumus pro hoc statu indicare aliquid esse Ens
in eo adhuc statu, nisi concepta entitate tanquam forma,
& ente, eam habente tanquam subiecto. Respondetur ergo
pro utroque abstracto, & concreto metaphysico, sub-
stantiæ accepto, idem omnino significare, ubi ratio sup-
positi non significatur nomine concreto, atque substanti-
uè hoc accipitur, ut patet in homine, & humanitate purè
philosophicè acceptis, ut ante mysterium Incarnationis
accipiebatur: atque in ratione entis substantiui, ut tale,
vlturpati, quod idem prorsus, quod entitas est, atque ex
parte conceptus obiectivi, siue formalitatis conceptus si-
gnificat: quo pacto, & Ens actuale à se, siue existens à
se significat etiam: idem nempe ex parte obiecti, quod
entitatem, licet ex parte modi nostri concipiendi aliud
per rationem fingatur.



QVÆSTIO IV.

De Essentia Metaphysica Theologi- ca Dei.

QVÆSTIONEM hanc nemo hæcenus disputa-
uit: quia nemo etiam essentiam Dei metaphysi-
cam, in philosophicam, & Theologicam, uti nos,
diuisit: id est in essentiam metaphysicam Dei, quatenus
ex naturalibus principijs philosophicis innouitur, potuit ve
innoscere, & Dei Theologice ex fide, & reuelatione
mysteriorum de Trinitate, & Incarnatione noti, ex qui-
bus naturam à supposito, & personalitate (realiter, si de
humana loquamur, & formaliter, si de diuina) differre
Catholica veritas est. Quare de Deo philosophicè & me-
taphysicè agentes, eodem modo ac de Deitate essentiam
venati sumus: Theologicè, atque ad plenam fidei de my-
sterijs hinc lucem agendo, aliunde Dei metaphysica ef-
sentia statuenda nonnullis fortasse videatur.

CERTAMEN I.

Alter opinandi modus proponitur.

1. HAc in re, & quæstione propofita prima sententia
esse potest Dei, quatenus nomine concreto Deus,
Theologicè consideratur, essentiam metaphysicam esse
non solum communia necessaria Dei prædicata, sed &
personalia, à quibus præcisa Deitas, Deus concretè, seu
Persona non est. Ex fidei enim, & reuelationis de myste-
rio Trinitatis, & Incarnationis tempore, nomen Deus
significat, non naturam nudam, sed Personam, atque sub-
sistentiam, seu personalitatem affectam: ac proinde tres per-
sonalitates, quæ solæ in Deo sunt, significabit. atque ex
parte obiecti formalis significari supra essentiam meta-
physicam philosophicam, Theologica essentia metaphy-
sica Dei dicitur.

2. Secunda sententia (atque in hoc principio & mo-
do dicendo verosimilior) esse potest: Essentiam metaphy-
sicam Theologicam Dei, quatenus eo nomine Theolo-
gico sensu accepto, significatur, esse essentiam metaphy-
sicam cum personalitate vage sumpta hac, vel illa, non
autem cum omnibus personalitatibus diuinis: licet enim
re ipsa illas habeat diuina essentia, & natura, aut ex vi si-
gnificari huius nominis Deus, adhuc concretè Theologicè
sumpti, solum significatur personalitas diuina hæc, vel illa,
siue substantiæ Deus ex primario suo significandi modo,
siue adiectiue, ut etiam potest, vlturpetur: ut sepe con-
trouersus de Trinitate, & Incarnatione docuimus: præter-
tim controuersus eorum tract. post tertiam dist. de modi
loquendi in Trinitate, & de communicatione idioma-
tum in Incarnatione.

D 3

3. Tertia

3 Tertia sententia hac in re ex eodem partim principio esse posset: Dei, hoc nomine Theologicè usurpati, Essentiam metaphysicam, præter philosophicam addere substantiam communem ubique diuinarum personarum, affectam naturæ indiuiduam: quam solam non paucè vultuosis in diuinis durè, & periculose satis recognoscunt, vel propriis cuiusque Personæ personalitatibus allocutæ, uti ex Thomistis nostræ Societatis, Soaristæ defendunt. Atque sanè opinio in eo modo intelligendi Deum in concreto Theologicè vero similior, quàm secunda etiam foret, ni falso alio niteretur principio de formali conceptu obiectino substantiæ communis in diuinis: quippè eam solam ibi ponere temerarium, ut minimùm, esse ostendimus contr. de Trinit. d. 7. quæst. 1. cert. 3. atque propriis adhuc, allocutæ, in Fidei, & Theologicæ rationis obseruationem, nos nobis ipsis nimium audaces putandos, si postea etiam Doctores grauissimos, & sapientissimos cum eis sentiremus. Cum autem sententia hac in re præfati tercia, huic principio vnicè nitatur, duabus primis longè à veritate distantior nobis merito videretur.

4 Quod autem contra communem hunc modum, his opinionibus discurrendi de Essentia Dei concere significati metaphysica Theologica, opponi ex Scriptura & Patribus posset iuxta nobis opposita à Recentioribus Murcanis, contra conclusionem nostrā de essentia Dei physica Theologica, faciliorem adhuc solutionem habebit: quod enim Scriptura, Patres, & ex his Theologi omnes, dicant in Trinitate vnā esse naturam, & essentiam, personalitates vero tres: ac proinde essentiam, seu naturam Dei per rationem (quo solum modo, ac non physice possunt) à personalitatibus Theologicè diuidant, verum quidem est, & quod modo discurrendi harum sententiarum minimè aduerferet: is enim loquendi, & sentiendi modus est de natura, & essentia, abstracto Deitatis nomine, significata, non autem significata nomine concreto *Deus*, quo personalitatem etiam ex parte obiecti significari, vulgare etiam Theologorum opinio fert: ac proinde crediderim cum aliqua ex propositis opinionibus, plerisque Theologos sensuros, sicut de hac voce *homo*, concreta, naturam nudam non significari, sed personam, ac proinde naturam personalitate affectam communis Scholasticorum sententia est.

CERTAMEN II.

Verior sententia nostra stabilitur.

1 Dicendum nihilominus nobis est, Essentiam metaphysicam Theologicam Dei, concreto etiam nomine *Deus*, significari, nihil supra essentiam metaphysicam Dei (scilicet rationem Entis à se) proprietatum personalium, siue omnium coniunctam, siue vagè, & diuinam, siue substantiæ communis (si ea admittatur) includere. Sententias omnes memoratas reicit conclusio: quia eius fundamenta à capite impugnat omnes: Probatur conclusio: quia hoc nomen *homo*, concretum, æquè est, ac hoc nomen *Deus*: atqui secundum se etiam Theologicè sumptum sine pronomine *hic*, vel alio syncategoremate adiuncto, quo significati singularitas, & totalitas, qua in personam coalescit, tenetur, non significat suppositum, siue personam, aut personalitatem, neque vagè, neque determinatam, neque in communi: ergo neque hoc nomen concretum *Deus*, secundum se, etiam Theologicè sumptum, nisi addatur syncategorema significans id, quo in Personam conflat, suppositum aliquo ex dictis modo significabit: ergo Dei concretè, & Theologicè sumpti, Essentia metaphysica nihil personalitatis, supra essentia metaphysica philosophicā addet, ut proposuimus.

2 Minoris latissimam probationem dedimus, & ab expressis Patrum auctoritatibus, & à solidis Theologicis rationibus contr. ult. de Incarnat. d. ult. quæst. 2. à certam, 2. ac proinde eis ad id probandum repetendis absteremus: quamquam eas inferius nomini concreto *Deus*, ad nostram conclusionem directè à ratione probandam subiciemus. Consequentia utræque est legitima. Sed ta-

men dices primam legitimam non esse: quia concretum *homo*, secundum se significat naturam communem, suppositum autem, ac persona debet necessario esse eius indiuiduum, quod ea voce non significatur: ac proinde, ut nos dicimus, debet illi adiungi syncategorema significans singularitatem, ut significetur persona: at vero concretum *Deus*, terminus singularissimus cum sit, personam sine vilo syncategoremate adiuncto significabit. Verum friget solutio: quia, si ideo concretum *Homo*, personam non significat, quia terminus communis est, communem naturam significans, ita, etsi concreta vox *Deus*, in linea natura: singularem naturam signet, quia secundum se ramentibus personalitatibus, ac personis communis, communicabilis est (sicut humanitas, seu homo præcisè sumptus communis, communicabilis est indiuiduis) quotiesque singularitatem, ut sic loquar singularis Deitas significata reuincatur, neque omnino singularizata est, ut acutè aiebat Ricardus Victorin. 4. de Trinit. neque persona: singularitatis ergo huius personalis diuinæ notæ & vox adhibenda est concreto *Deus*, ut ex eo syncategoremate personam significet: non secus atque concreto nomini *homo*, singularitatis nota debet, ut personam significet adhiberi, ut dicebatur in minori.

3 Atque hinc probatur ratione Theologica conclusio, quam nobis dedit S. Th. 1. p. quæst. 40. art. 3. corpore, ut probet in diuinis conceptum communis substantiæ non esse, his verbis. *Hypothasis enim significat aliquid distinctum in diuinis: cum hypothasis sit substantia indiuidua*. Eam sic edissero, suppositum, seu personam tam philosophicè, quàm Theologicè est indiuidua, & singularis, & propria, nec communis, nec communicabilis substantia: ergo nomen, quod non significat propriam singularem, indiuiduam, nec communicabilem substantiam, non significat personam, neque philosophicè, neque Theologicè sensu, consequentia est legitima. Antecedens est ipsa persona, & suppositi definitio à Philosophis, Theologis, & Patribus recepta ex Boetio, ut vidimus d. proem. de Trinit. quæst. 1. cert. 2. num. 4. & 5. ad cuius confirmationem innumera Patrum testimonia recitare possumus. Vnum tamen, vel alterum in reliquorum exemplar recitabo. Athanas. in serm. in Euang. S. Deip. ait. *Quia communiter à multis istius modi consideratur substantia, nuncupatur: cum in vnum propriè conferatur persona, siue substantia nominatur*. Omniaque Patrum nomine & sententia Iustinianus Imp. edito Fidei veri. med. quod extat tit. 2. Conciliorum pag. 654. ante Synodum 5. gener. siue Constantinop. 2. col. 10. scribit, *Omnes Patres constanter nos docent, aliud esse naturam, siue substantiam, & formam, & aliud substantiam siue personam: & naturam quidem, vel substantiam, & formam hoc, quod est commune, significare, substantiam autem, siue personam hoc, quod est speciale*.

4 Pergit inde discursus. Nomen, quod non significat, indiuiduam, singularem, propriam, nec communem, & communicabilem substantiam, nullatenus significat personam, neque sensu Philosophico, neque Theologico: atqui nomen concretum *Deus*, Theologicè etiam, nobis non significat substantiam indiuiduam, singularem, propriam, sed communicabilem, & communem sensu Theologico: ergo neque eo sensu significat personam, siue suppositum diuinum: ac proinde neque essentia metaphysica Theologica Dei, ut eo nomine significati, personam illam diuinam supra philosophicam addet, ut fert nostra conclusio. Minor, de qua dubitare aliquis posset, est certa: nam significatum nominis *Deus*, concretè Theologicè sumpti de tribus Personis prædicatur.

5 Sed dices: vox concreta *Deus*, quæ talis adhuc, non significat suppositum, siue personam sensu Theologico: ergo idem prorsus significat, quod Deitas, quæ à suo significato solas personalitates excludit: quas si in eo clauderet, Personas diuinas significaret: ergo quemcumque in mysterio Incarnationis de Deitate dicuntur, & de quocumque Deus prædicatur, de Deitate dicuntur, ac Deitas prædicabitur. Patet consequentiam idem affirmari & negari, sine manifesta implicatione. Iam verò ex hac consequentia hæc inferuntur absurda. Primum: Deitatem immediatè, ac per se vnitam humanitati esse, dispoisse: sicut Catholicè dicitur illi immediatè vnitus Deus. Item Deitatem

Deitatem hominem esse, & hominem Deitatem: Atque in Trinitatis mysterio alia æque hæreticè inferuntur. Nempe Deitatem generare, & generari, ac Deum nec procedere nec producere, & alia lexcenta.

6 Respondetur facile distinguendo consequens. Non variato significatione, & suppositione vocis, ac termini *Deus*, concedo consequens: eis variatis nego: variatur autem in eis omnibus propositionibus ex syncategoremate Verbi, vnicuique earum adiuncto, sicuti & in aliis, quæ obici possunt. Nam, vel sunt verba personam diuinam, quæ *Deus* est, concernentia, & quæ terminum communem substantiarum *Deus*, supponi adiectiue pro persona, vel personis diuinis faciunt, iuxta dicta controuersis vitiis de Trinitate, & Incarnat. Præferim d. de communicat. Idiomat. Cum autem *Deus*, nudè (vt hic, dum de eius essentia inquiritur) ponitur absque personali syncategoremate, non est vide personalitas denotetur; licet, quia concreta vox est, ex modo nostro significandi, & concipiendi apta sit, vt similis syncategorematibus adunctione personam, seu suppositum significare apta sit, quod non habet abstracta vox *Deitas*: quæ non, nisi ad modum partis, naturam diuinam metaphysicè significare potest: non autem, vt totum: quo solum pacto significari potest persona, & fusiis citata d. de communicat. Idiomat. ac tæpius controuersis, & disputationibus aliis de Incarnat. ex Damasceno, & aliis Patribus docebamur.



QVÆSTIO V.

De Essentia logica Dei.

ESSENTIA logica Dei, vt à metaphysica diuiditur, ea dicitur, quæ ex genere, & differentia, vel aliquibus eorum loco, quorum alterum commune aliis, alterum proprium, & speciale sit, constat. Quare eadem hæc quæstio est cum ea, quam disputat. S. Th. 1. p. quæst. 3. art. 5. cuiusque interpretes ibi: an scilicet *Deus*, sit in aliquo genere, seu prædicamento cum Creaturis: si enim nullo cum eis conuenierit, essentiam logicam habere non poterit, cum secundus, aut plures *Dei* sint impossibiles: ac proinde *Dei*, cuiusque prædicata communia logicè esse non possint. Si autem in aliquo genere conueniant, maxime in prædicato entis, generalissimo, quod per differentiam à se, contrahatur, essentia eius metaphysica, logica etiam essentia erit: ac proinde de entis prædicato, an *Deo*, & creaturis sit commune: præcipue inquirimus: licet de aliis huius occasione cert. 3. disputatur sumus.

CERTAMEN I.

Opposita hac de re sententia segnitè à suis Patronis, vt plurimum, probantur.

1 Holcor. in 1. quæst. 6. Greg. d. 3. quæst. 3. art. 2. vbi Gabri. q. 1. probabiliorè opposita (quam, quia communiorè Oxoniensi Scholæ, sequitur) reputauit. Atq; Scotus d. eadem, & d. 3. quæst. 3. §. *Quantum ad secundum*. Docent *Deo*, & creaturis dari conceptum communem, neque vnum solum, sed plures: cuius oppositum probare esse difficile censet Okam ea. d. 8. quæst. 1. Ex eis verò Scotus solus ea. d. 8. quæst. 3. §. *Teneo meam sententiam*. Nihilominus in prædicamento aliquo *Deum* collocari posse negat, id quod cum primo coherere non posse censet Valsq. 1. p. tit. 1. d. 22. cap. 5. num. 9. versus finem: sed ex huius ratione pro opposita sententia potuit connexionem, seu non repugnantiam in Scoto reperire, vt mox videbimus: sententia huius fundamentum à ratione est, quia cum communitas conceptus communis

ad inferiora, atque eius differentia, cum qua inferius logicè constituit, solum per rationem sit, nequit *Dei* unitati, ac simplicitati magis repugnare, quam cum existentia, & attributis, nostra consideratione solummodo distinctis, componere. Certè, si sola *Dei* simplicitas obesset, nihil huic sententiæ obesset, vt contra rationes aliorum pro sententia aduersa videbimus inferius.

2 Nituntur insuper Augustini autoritate 5. de Trinit. cap. 8. 10. & 11. vbi quædam prædicamenta de *Deo* dici improprie ait, vt *Quale*, *Quantum*, *Situs*, *Habitus*, & *Tempus*. Quædam verò proprie, vt *Substantia*, & *Relatio*, de Actione verò de *Deo* solo verissime dici censet, eo c. 8. Damasc. 1. de fide cap. 7. Substantiam genus esse supremum ad corpoream, & spirituales: Substantiam verò spirituales ad *Deum*, Angelum, Animam, & Demoneem esse docet: capite autem. 9. Paternitatis, & Filiationis nomina tanquam primariò de *Deo*, atque inde ad nos translata *Deo* tribuit, iuxta illud ad Ephesios. 3. *Ex quo omnis paternitas in celo, & in terra nominatur*. Sed certè dici proprie non est idem, atque vniuocè, illudque proprie, ita moderatur Aug. cap. illo 10. *Si tamen proprie de illo aliquid dici ore hominis potest*. Quo sententiam aduersam à se alibi tenendam clarè indicauit. Eandem etiam disertis verbis tenuit Damasc. quare opposita, non de communitate vniuoca *Dei*, & creaturæ in prædicato entis, siue substantiæ spiritualis, sed Analogica debet intelligi. Ad illud de Paternitate, seu relatione commodius cert. 3. respondebimus.

3 Secunda sententia negat *Deo*, & Creaturis aliquod esse prædicatum vniuocè commune: quare, & prædicatum Entis vtriusque commune negat: ac proinde consequenter essentiam logicam *Deo* negabit. Ita docuit Magister. in 1. d. 8. Albert. art. 32. Bonau. art. 1. quæst. 4. Argent. quæst. 1. art. 1. Agid. art. 1. quæst. 3. Bafolis. quæst. 1. §. *Propter istas*. & quæst. 4. Capreol. quæst. 1. art. 1. concl. 5. & 6. Scotus. & Gabri. locis citatis. Durand. in 2. d. 3. quæst. 1. numer. 12. Henric. à 26. summe. quæst. 2. S. Th. 1. p. quæst. 3. art. 5. (vbi & quæst. 13. art. 5. opuscul. de Entè, & essentia. cap. 2. quæst. 3. Caiet. etiam 1. contra Gentès, cap. 32. vbi Ferrari. Valsq. tit. 1. p. d. 22. cap. 5. & communiter Recentiores. Verum, est adeò communis, & nobis etiam vera sententia sit, adeò multis leuibus fundamentis plerumque innititur, vt sua sponte, impellente nemine, subtrahere videatur: idcirco conclusioni æquius, quam eius rationibus acquiesco. Sex veterum rationes confutat facit citatus Gregorius, & Valsq. loco citato, quas summarim hic, scorsimque solutiones indicabimus: ne aliquid hæc in re à lectoribus desideretur: quo alios legere cogantur. Quo sine plura scriptis nostris inferimus, quam vellemus.

4 Primò: quia genus, & differentia, sicut actus, & potentia, siue subiectum, & forma sunt. Repugnat autem enti simplicissimo, & vniuocissimo *Deo*, ratio potentia, & actus: ergo compositio ex genere, & differentia, siue communi, & differentiali prædicato. Distinguo maiorem. Sunt potentia, & actus logici, siue per rationem nostram, concedo; physici, & qui repugnant enti simplicissimo, & vniuocissimo physice, nego. Inde euascescit ratio secunda, quòd genus, & differentia partes sint, quibus constare *Deo* repugnat. Partes enim physice non sunt, sed logicæ, seu metaphysicæ, quibus metaphysicè constat *Deus*, dum eum ex essentia, & attributis metaphysica ratione nostra distinctis, Theologi omnes componunt. Tertiò: quidquid genus habet prædicamentale distinctum esse debet à suo esse: quod repugnat *Deo*. De distinctione plusquam rationis, & metaphysica assumptum, omnium, quæ in prædicamento collocantur, exemplis, fallitatis conuincitur. De metaphysica est etiam falsum. Nam essentias rerum à suo esse adhuc actuali, seu existentia formaliter non distingui, melior nobis Metaphysica est, vt diximus. Atque eo dato in alia opinione existentiam *Dei*, ab eius essentia metaphysicè distingui, est etiam probabile, & fortè consequentiis.

5 Quarta ratio: quia, vt aliquid sub genere sit, debet in ea dari aliqua realitas indifferens ad differentias, quibus genus contrahitur: at in *Deo* nulla datur realitas indifferens ad finitum, quoad Creaturam, & infinitum quoad *Deum*, tanquam differentis contrahatur: ergo nec ratio, quæ genus esse possit, in eo inuenitur. De indifferencia

ORTEGA
In A. pari
D. VIa

ferentia physica, & reali: est aperte falsum; de metaphysica, & rationis non admittitur ab aduersariis minor, neque ab obiectantibus medium, ad eam probandam allumitur. Quinta: quia, quod in predicamento, & sub genere aliquo est, eo clauditur, & continetur, quod enti infinito repugnat. Distinguo contineri realiter, nego; per rationem, subdistinguo, limitando differentias, quas in se claudat, nego; abstrahendo à limitatione, vel illimitatione differentiarum, quæ extra eius conceptum sunt, & à quibus abstrahit, concedo: vel potius, continet per rationem abstrahit concedo, inclusiue nego: id autem enti infinito non repugnat. Sexta ratio: quia, si aliquid genus haberet, maxime substantiam, quam abusiue de Deo dici, aiebat August. 1. de Trinit. cap. 5. sed August. loquitur de substantia iuxta eius eymon accepta, atque à munere substantiæ accidentibus dicta, quod Deo reuera repugnat, ac solum imitatione quadam, & ratione suis attributis substantiare dicitur.

6 Alia plura ex antiquis argumenta ut leuiora, adhuc huius, omittit consulto, & merito Valq. noster. c. citato, aliamque, meo iudicio, predictis non efficaciorum rationem philosophicam ex propriis adiunxit. cap. 4. Nempè: quidquid est sub genere debere esse vel speciem, vel indiuiduum: Deus autem nequit esse species: cum plures, quam ipse, Dij repugnent: nec tanquam indiuiduum: cum omne indiuiduum cum aliis speciei eiusdem debeat conuenire, quod Deo repugnat ob repugnantiam specificæ communis Deitatis. Verum, ut dixi efficax ratio non est. Tum quia, qui Deum cum creaturis vniuocè in ratione entis, seu substantiæ conuenire contendunt. (In quo solum quæstio de re esse potest) parum curabunt de nomine illius prædicati communis, an genus respectu Dei dicendum sit: quod solum videtur mihi negasse Scotus: quia in Deo non est assignabilis realitas indifferens ad differentias specificas, quibus ad species plures extrahatur: cum Deus species non sit, sicut homo: quia plures, quam unus, indiuidui Dei repugnant, ut catholice argumentum factum docet. Alij vero dicent genus esse vocandum: quia in creatorum linea species habet plures, licet respectu Dei genus non sit. Nec video quid repugnantie in eo sit, quod ratio communis vniuocè pluribus vna linea citius proximiusque indiuidua peringat, quam per lineam altam: in quo casu vltimum prædicatum commune lineæ vtriusque respectu indiuidui remotioris longioris lineæ genus erit: respectu vero immediati indiuidui lineæ breuioris genus esse non poterit: & tamen in eo casu argumentum totum nostri Valq. debebat vigere, si vim aliquam haberet.

CERTAMEN II.

Solida, vnicæque ratio Theologica negantis nostræ sententia illustratur.

1 **N**egantis sententiæ vnicam solum rationem solidam, inquam, cum hac de re in consultis libris cogitarem, ex sola consueta memoria, locutionum quorundam Patrum inieideram, lecto vero nostro Valq. eandem à S. Th. Argentina, Caiet. & præcipue à Richardo fuisse datam, atque ab eodem Valq. magna eruditione fundatam inueni. Innititur ergo in præcellis, longèque nostris conceptus, & voces ex cedentibus prædicatis diuinis: quibus proinde, dum de diuinis loquendo, vtimur, non idem quod cum eisdem de creatis loquimur, significatum, sed longè sublimius denotamus. Boëtius de Trinit. circa medi. *Substantia in illo non est verè substantia, sed ultra substantias.* Post pauca. *Cum dicimus Deus, substantiam quidem significare videmus: sed eam, quæ sit ultra substantias.* Vbi Gilbertus ait. *Non ea veritate rationis, qua reliquæ substantiæ, substantiam dici Deum, sed aliqua rationis proportionem.* Idem prorsus docuit Dionysius duplici illo modo cognoscendi Deum in hac vita, ex rebus, & vocibus creatis, cuius meminit. cap. 3. & 5. de Myst. Theolog. & 1. de diuin. nom. per negationem omnium, quæ de creatis noscimus, & fatemur, & per affirmationem eorum omnium, sed cum adiuncto excelsu.

2 Capite autem 7. de diuin. nom. expressius eos duos modos sic proponit. *Ad id, quod omnia superat, vim & ordine pro virili parte omnium destractione: & præstantiam omniumque causa ascendimus: itaque in omnibus Deus noscitur, & sine omni: scientiaque Deus noscitur, & ignorantia.* Omisso autem modo tertio cognoscendi Deum ex effectibus, quem S. Th. lect. 4. in id caput recognouit, de quo statim, vtrouque reliquo, & alterutro docet Dionysius nihil vocibus, quibus significamus creata, significatum Deo continere proprie: ac proinde in sua proprietate viurpatis Deo negandas esse, vti ipse omnes negat cap. illo. 5. de Myst. Theolog. & 1. de diuin. nom. ex secundo modo, Dei substantiam, & essentiam supersubstantiali, & superessentiali appellat, & post medi. vtrumque coniungens, ait. *Deum esse omnia, quæ sunt, & nihil esse eorum, quæ sunt.* A quo adnotos Damaf. 1. de de cap. 4. postquam dixit aptius de Deo esse cuncta creata prædicata negare, quæ affirmare, ait. *Neque enim eorum quæ sunt, quidquam est: quod quidem non ita accipiendum est, quasi non sit, sed quia super omnia, quæ sunt ipse sit, atque adeo supra ipsum esse, ac statim ait. Esse supra essentiam. Tandem: sunt (inquit) porro nonnulla, quæ tamen per affirmationem de Deo dicantur, præcellens tamen negationis vim habent. v. g. cum de Deo verba facientes tenebrarum vocem usurpamus, non caliginem nobis animo proponimus, sed quod lux non sit, verum lumine sublimior.*

3 In eandem sententiam verba Dionysij postrema interpretatur Elias Cret. in oratione 24. Naz. *Deus, ut S. Dionys. ait, est quidem causa eius, quæ sunt, ut sint ipse autem non est: ut qui nihil horum, quæ sunt, sed supra omnia sit, quamuis enim Deus ens dicitur iuxta illud, Ego sum qui sum; at ens tamen non est, ut ea quæ sunt. (Quoniam enim modo opifex, ut opera esset) neque certo modo ens, sed simpliciter, ac peculiari modo, ac velut eximè, ac præcellenter, quemadmodum ipse solus nouit.* Atque in orat. 1. apologet. ad illa verba. *Calum excelsum, ait: qui quidem Deus, ut est apud S. Dionys. & ut mens, & ut sapientia, & ut vitas, & ut ens, & ut amabilis à tota Scriptura celebratur, idemque, & multa nomina habet, & nomine omni caret. infra. Hæc omnia dicitur, & tamen super hæc omnia est.* Pauloque inferius. *Deus enim, & supra mentem, mens est, & supra vitam, vita, & denique supra omnia.*

4 In eam etiam sententiam denique conspirant Patres, qui sibi verbis videntur aduersari: dum alij, ut Dei essentiam, supra omnem essentiam, & substantiam esse significant, aiunt: cætera non esse, ac solum Deum esse, vti ex Platone aiebat Augustinus. 8. de Ciuit. cap. 11. & rursum. 7. Confess. cap. 11. his verbis. *Insuper cætera infra te: & vidi nec omnino esse, nec omnino non esse: esse quidem, quoniam abs te sunt; non esse autem, quia id, quod est, non sunt, id enim verè est, quod incommutabiliter est.* Ex aduerso autem videtur loqui Augustinus idem, loco recitato, cert. 1. num. 2. vbi nihil propriè ac proinde, neque ipsum esse propriè de Deo dici posse verè ait, ac Dionys. 5. de myst. Theolog. neque alia, neque Patris, & Filij rationem esse docet. Basiliius addit. 3. contra Eunom. cap. 13. neque Spiritus Sancti: ac proinde solum translaticie hæc creaturarum vocabula, eorumque significata Deo aptari, non propriè: quo solum docent eorum vocum, & significatorum, quæ in creaturis habent, respectu eorum, quæ in Deo (cuius omnia, supra omnia creata immensum eminent) inferioritatem: ac proinde primæ suæ propositioni in secunda hæc Patres concordant.

5 Ex his autem Patrum sententiis, quas accurata (ut solet) eruditione Valq. noster expendit, solida, & quæ, ut dixi, vnicæ ratio deditur repugnantie prædicati communis vniuocè intrinseci, & essentialis Deo, & Creaturis: ac proinde, & essentialis logicæ Dei: quæ, ut diximus quæstionis præfatione, ex prædicatis essentialibus, communi & proprio constare debet. Etenim prædicatum quodvis diuinum intrinsecum è genere, ut sic loquar, & conceptu suo indiuisibili infinire creatis omnibus præcellit: ergo nequit vniuocè cum aliquo creaturarum prædicato conuenire: consequentia est euident: antecedens suadet ex Patrum testimoniis datis, in super à ratione metaphysica, quam prælit acutè Elias Cretens. primo loco verbis illis, *Quoniam enim modo opifex opera esset: Etenim, quod*

omnia creata possibilia è conceptu suo indiuisibili, vel omnipotentia proxime, vel entis à se remotè, quod eminenter formaliter, omnia & singula eorum prædicata continent, effecta sunt. Quare, nequit non, tam in prædicato indiuisibili entis, quam omnipotentia, & aliis infinite creaturæ credere. Secundò probatur antecedens: quia quidquid in creatura entis est ab alio indiuisibiliter, & participatum est: ergo, & Ens à se è conceptu suo indiuisibili, Ens à se, ac non participatum erit. Infero rursus: ergo cum Entè à se, in quo nihil quod ab alio sit concipi potest, nullatenus poterit vniuocè conuenire.

6 Tertiò probatur antecedens, & confirmatur valide probationes: quia, licet ratio entis in sua linea differentia transcendat, contra verò similiorem nobis sententiam, alio ratio entis substantia, & accidentis communis vniuocè non est, iuxta communiorè, veriorèque sententiam: quia ens substantia creaturæ est absolute ens, atque è conceptu suo indiuisibili. Ens per se: atque ratio entis accidentis communis è conceptu suo indiuisibili est ens in alio, siue entis ens: ergo ratio entis à se, & entis ab alio è conceptu suo indiuisibili sunt tales, ac proinde, quæ nequeant in aliquo sui conuenire. Probatur consequentia: quia non minus est imbibita formaliter maior, & intimior dependentia entis creati ab alio, tanquam à principio necessario sui, quam accidentis dependentia à substantia, seu ente per se: sed ex hac dependentia ita intimè imbibitur in formalitate entis accidentalis esse entis ens, ut nequeat formaliter diuidi, sed id totum indiuisibiliter dicat: ergo & ens à se indiuisibilis conceptus erit, & quod primario Ens dicitur, ac creaturæ per imitationem, & aliquem participationem illius: ac proinde analogicè, non vniuocè. Ex qua porro ratione, quæcunque contra nostram sententiam opponi possunt præoccupantur: cum coniter rationes illas, à se, vel ab alio, rationes differentiales contrarietas rationis entis non esse: sed alteram cum ratione entis in Deo, alteram cum ratione entis in creaturis, formalissimè adhuc, identificari.

CERTAMEN III.

De reliquis Dei, & Creaturarum Prædicatis statuitur.

1 Dei, & Creaturarum prædicata, quæ eisdem vocibus virobique significamus, quædam ipsis intrinseca sunt, quædam verò extrinseca, quia ab extrinseco aliquo eorum entitatibus, desumuntur: cum tamen intrinseca prædicata eorum physica entitate, re ipsa non differant: ac proinde, vel eorum metaphysica essentia, vel huius passionis, & proprietates metaphysicæ sint. De intrinsecis aliorum prædicatorum à Substantia, seu ente per se, idem, atque de ente, de quo speciatim probauimus cert. 1. cum Doctoribus datis, censendum omnino erit, non tamen ob rationes aliquorum. Notet Valsq. cap. 5. §. *Primum quidem*. Inde probat: quia nouem reliqua prædicamenta, quibus omnia prædicata creaturarum continentur, accidentia physica necessario sunt: accidentia verò, siue proprietates, & attributa diuina physice substantia sunt, ac solum proprietates, siue accidentia metaphysica: Substantia verò physica, ac physice accidentibus, nihil datur metaphysicè, aut logicè commune, ut diximus: ac proinde neque in eis accidentibus prædicatis, aliquid Deo, & creaturis commune datur, poterit. Nos autem huic rationi non admodum fidemus. Etenim prædicamenta, non pro physica rerum diuisione, diuidi verò similis nobis semper fuit, licet eam diuisio prædicamentorum non renuat.

2 Ratio: quia aliqui prædicamentum Durationis, seu Quando, supra decem assignandum esset, atque huiusmodi prædicamentum addendum contemditur. Eis autem (ac præcipue argumento pro prædicamento Durationis ea in re difficillimo) solummodo potest responderi: prædicamenta ab Aristotele, & Philosophis, ea decem tantum meritis recenseri: quia non pro

Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus I.

physica rerum diuersitate diuisa sunt, sed in ordine ad prædicationem logicam, & formalem, quare inde nomen prædicamentorum obtinuerunt: ac verò prædicatorum omnium capita amplius decem non sunt. Duratio enim per copulam prædicati cum subiecto propositionis necessario importatur: ac proinde ad prædicata non spectat: cetera verò prædicata, quæ extra illa decem capita diuagare dicuntur, plerique ad prædicamentum Habere, vel ad alia spectare, de quo hic diutius agendum non est: si autem prædicata in ordine solum ad prædicationes diuisa, atque ordinata sunt, cum eis æquè accidentia metaphysica atque physica inferuiant, non est opus, ut ad prædicamentum accidentis pertineant prædicata, ut Substantia de qua prædicantur accidentia physica sunt, ab eaque physice distincta, ut Valsq. eo discursu supponit. Et quidem hanc prædicationem, Homo est sensibilis, vel est admiratiuus, de prædicato accidentis proprii, non Substantia esse, concors Logicorum & Metaphysicorum sententia est.

3 Sola ergo, ac solida pro attributis, ac prædicatis Deo intrinsecis probatio est, quam in prædicato entis à se posuimus. Quod scilicet, quodvis prædicatum intrinsecum attributale Dei indiuisibiliter, atque è suo conceptu indiuisibili, diuersum à creatis omnibus sit, quæ eisdem vocibus significantur, ut Patres aiebant, Confirmatur quia diuina attributa, & prædicata intrinseca omnia è suo genere sunt posituè infinita, è conceptu suo indiuisibili ut d. 3. ostendimus ergo nihil, quod posituè infinitum non sit potest in eis includi: ac proinde neque conceptus communis, & abstractus à finito, & infinito sui generis, quod quidem posituè infinitum esse non potest. Obicitur ex dictis cursim supra, & dicendis fusiùs d. 3. Attributa, & reliqua prædicata ab Essentia metaphysica Dei, seu ente à se, non esse entia à se substantia metaphysice, sed solum iure identitatis realis eum essentia: ergo conceptus aliorum prædicatorum Dei, secundum se formaliter nec est Ens à se, neque diuinum, neque proinde ex genere, & conceptu suo infinitum posituè: ac proinde ei secundum se sumptis, poterit in suo genere assignari conceptus communis creatis conceptibus generis eiusdem. Respondetur tamen reliqua ab Essentia prædicata intrinseca diuina, non esse quidem entia metaphysica substantia, ut esse entia metaphysica adiectiua, & diuina formaliter & intrinsecè: sicut de personalius prædicatis diuinis dicebamus controu. de Trinit. d. 6. quæst. 1. atque de attributis dicemus latè d. 3. quo cessat obiectio.


4 De prædicato Relationis Patris, & Filij, atque Spiratoris, & Spirati, siue Spiritus Sancti, aiebant Dionysius, & Basilus citati certam. 2. num. 4. proprie de Deo dici non posse: ac, licet non earum specialibus nominibus, doctrina tamen generali de omnibus nominibus, & prædicatis, quæ de Deo dicuntur, aiebat Augustinus. loco ibidem citato, quibus, dum aduersari videretur, Damascenus, certam. 1. num. 2. dicens ex 3. ad Ephes. *Ex quo omnis Paternitas in caelo & in terra nominatur*. Hoc nomen de Deo primario, & proprie, ac per translationem, & imitationem de creatis dici, omnino concordat. Tamen ipse, quam præfati Patres contendunt Deum Patrem, & Filium, ac Spiritum excellentiori modo, nullatenus cum creatis Patribus, Filiis, & halitibus spiratis, seu Spiritibus, communi tales esse: ac proinde tres primi Patres vsum vocis, propriam quidem in creatis antiquiorem attendentes, atque significati, quod in diuinis habet excellentiam infinitam, respectu significati quod habet in creatis, ea nomina improprie per eorum defectum in sua antiqua proprietate significandi de Deo dici aiebant, solumque translatione de his, quæ à sua primaria impositione significabant, de Deo affirmati à nobis concedebant. Damascenus autem antiqua proprietate vocum non curata, sed excellentia, atque præstantia significati quod in Deo habet, proprie de Deo solummodo dici aiebat, de creatis verò translatione, & per imitationem quandam, & participationem à Deo: sicut ens, licet æquè (quoad tempus, & veritatem attinet) de accidentibus, & Substantia dicatur, ob significati autem præstantiam, absolute proprie, ac primario de illa dicitur, de accidentibus verò secundario, & translatione.

E § Atque

38 Controu. I. de Dei Essentia, &c.

5. Atque hic sanè planus est Damasceni sensus, ut ex dictis, atque ex contextu patet, in quibus etiam continetur ratio perspicua (quæ nostro Valquio non occurrebat. cap. 6. num. 20.) singularis eius contra daros alios Patres locutionis Damasceni. An verò suam hanc doctrinam ritè, rectèque ex loco illo Pauli Damascenus confirmet? Negat Valsq. ibi, multatque eruditione ostendit, neque in Græco, neque in Hebræo textu legi Paternitatem, seu nomen illam significans, sed Græcè. Πατριά, quod familiam significat. Psalm. 21. *Adorabunt eum omnes familie gentium.* Habetur, non *paternitas*. Quod respondet nomini Paternitas, quòque in suo textu videtur Damascenus. Hebraicè verò habetur. *Misphor.* Quod 70. *patres*, id est, familie vixerunt. Standum nobis vulgatæ editioni eius loci est, cui Damascenus peritissimus, & Hieronymus citandus concordant: rectèque inde suam doctrinam à Damasceno confirmatam, est omnino sentiendum. Maxime, cum ipse Valsq. eruditè ostendat etiam ibidem, *Nominatur*. Bis in eo loco positum, idè valere Scripturæ phrasi, quod *Est*, ac nominari idè, quod *esset* fieri ad Philip. 1. *In nomine Iesu omne genua flectantur.* Atq; iterum, *Super omne nomen, quod nominatur siue in hoc sæculo, siue in futuro.* Eamque ait illius loci interpretationem esse Græcorum omnium Patrum. Chrysost. hom. 7. Theophylacti, Theodoret, Occumenij ad eum locum, Hieronymi. tit. 6. in magnis commentariis. Ex Patre enim, cuius præcellens paternitas est, fecunditas, & generatio in cælis, & in terris est: nam & sua in cælis ex Patre est, & in terris fecunditas, & generatio omnium ex ipso est, tanquam causa principali, unde, & inde utrobique nominatur, licet non tempore, dignitate tamen, & prioritate excellentiæ generationis diuinæ.

6. Ultimo de prædicatis, quæ Deo extrinsecus, siue ab extrinseca forma proueniunt ut Agere, Creare, & similia, licet aliquid Deo intrinsecum (de quo solum hic disputatur) non sint, oportune tamen intrinsecorum occasione, statuendum hic erit. Et quidem Augustinus, neque hæc vniuocè de Deo, & Creaturis dici videtur iudicasse; ac proinde neque in eis dari de Deo, & Creaturis conceptum communem 5. de Trinit. cap. 8. ubi cum plura prædicamenta translatiue solum de Deo prædicari docuisset subdit: *Quod autem ad faciendum attinet, fortassis de solo Deo verissime dicitur, solus enim Deus facit, & ipse non fit, neque patitur.* Verum, neque Augustinus firmiter id docet, sed dubitanter, fortassis, adiuncto: neque ea particula *verissime*, cætera agentia creata à veritate, & proprietate agendi reiecit; sed solum à veritate agendi solum: nam reliqua, ita agunt, ut patiantur, ac fiant. Insuper; cum antea reliqua prædicamenta, ac prædicata creaturarum translatiue, & nõ verè de Deo dici ostendisset; dicens his verbis solum actionem verè dici de Deo, qui Agens, non Patiens est, censet actionem puram, quæ de creatis propriè, ac verè prædicatur, verè, ac propriè de Deo prædicari: ac verissime, quia purissime Agens est, sine passione, itaque hæc, & similia extrinseca, siue ab extrinseca forma, & entitate Deo obuenientia prædicata vniuocè ei cum creaturis conuenire tenendum, ob Augustini auctoritatem est: & quia in his vnica ratio, quæ à Diuinis intrinsecis Deo prædicatis, vniuocationem cum similibus creatis excludit, locum in extrinsecis non habet: quare eiusmodi prædicatis Dei, & creaturarum communis ratio dari optimè potest. Neque tamen illic inferas Deum in prædicamento ponendum: cum enim extrinseca Deo prædicata sint, ex eo, quod ipsa in prædicamento ponantur, perperam in eo ponendus inferatur Deus, ut patet.



DISPUTATIO III.

De Dei Attributis vniuersim, siue in communi.

DIXIMVS, controuersia præfatione, in Deo Essentiam, & Attributa dari: atque cursum ex Attributis plerique, in cæterorum exemplum, nominauimus, ac post modum ea esse attributa diuina diximus,

quæ Essentiam Dei metaphysicam prædicata consequuntur: quare lata significatione, quæ omnia prædicata, quòque modo Essentiam Dei constituenturam consequentia, comprehendat, inter Attributa Dei extrinsecus aduenientia prædicata, quæ Deo ex actionibus suis extrinsecis obueniunt, numerabuntur. De his autem extrinsecis prædicatis Dei, disputatio præfens de Dei Attributis, neque apud nos, neque apud Theologos procedit, sed solum de prædicatis, quæ Dei Essentia, quæ metaphysice sequuntur, physice identificantur, ac proinde siue verè prædicata, & Attributa diuina: quæ scilicet, cum diuinæ formalitates sint Deo essentialiter metaphysicè iam constituto, ipsum metaphysicè efficere concipiuntur, de eoque verè prædicantur. Sed strictius adhuc in hac disputatione Attributa diuina à Theologis viuantur, quatenus contingentia prædicata diuina (de quibus de Scientia, & Voluntate Dei disputatur profuse) secludit, solique prædicata diuina necessaria cohercet: & ne de his quidem, in latitudine sua tota, cum enim prædicata diuina personalia necessaria etiam Deo sint, ac de eis, dum de mysterio Trinitatis agitur, per otium (ut porè propria sede) agatur, ea etiam ab hac disputatione merito relegantur. Solum ergo hic disputabitur de prædicatis necessariis, seu Attributis diuinis, quatenus solum prædicata necessaria Essentiam metaphysicam Dei indiuiduè metaphysicè, vbiuis personarum consequentia, ac tribus Personis communia cohercet: quæ proinde essentia metaphysicè proprietates iure dicuntur.

2. Sed enim, licet eiusmodi Attributa, & proprietates Essentia metaphysicæ Dei supponeremus esse atque communiter Theologi supponant, nescio an eorum aliquibus in consequentiam doctrinæ alterius suæ, præfata asserat suppositio: quare, ut debita consequentia in hac materia procedamus, doctrinæ, quæ huic communi Theologorum sententiæ aduersantur, reiciendi in primis erunt, ut eiusmodi proprietates metaphysicæ, siue Attributa diuina firma persistant: quare de eiusmodi Attributorum existentia in primis disceptandum erit, quoad questionem. An sint spectat: quam bipartita statuimus, ut duplicem opinionem, quæ eorum existentiam enervit, eaque è medio porus tollit, ablegemus, in qua ap ex parte obiecti, tam inter se, tum ab essentia mutuo, aut non mutuo se formaliter, vel includant, vel excludant: Secundo, quot sint Attributa, eorumque varias diuisiones recensuebimus. Tertiò an inter se, non solum per intellectus nostri præcisionem metaphysicè distinguantur (ut quest. 1. ostensum manebit) sed etiam an ante illam, vel realiter formaliter ex natura rei: Quarto, an saltem realiter virtualiter differant: Quinto, an ratio Entis, Boni, Veri, aliudve Attributum omnia Attributa, & Essentiam transcendat: ac proinde an ea Attributorum diuino vulgaris in transcendencia, & non transcendencia recta sit?



QUESTIO I.

An in Deo Attributa, seu proprietates metaphysicæ sint

RES hæc supponebatur, quàm disputabatur ab Scholasticis ferè omnibus; cum tamen ab eorum pluribus, præcipue non admodum antiquis, negari omnino consequentia causa deberet, ut statim videbimus.

CERTAMEN I.

Vera sententia, de iectis eius aduersariis occultis eligitur.

AD DEO ARRIANI (ut viuimus. contr. de Trinit. Ad. 8. quest. 3. cert. 1. numer. 1.) agere distinctionem